VIRGULTUM, *arbriſſeau qui ne produit que des verges, de* virga. Via deſerta & inculta atque intercluſa jam frondibus & virgultis. Cic. Dùm tenera attondent ſimæ virgulta capellæ. Virg.

142. *Arbutus, Arbutum.*

ARBUTUS *eſt l'arboiſier.* Et quæ vos rarâ viridis tegit arbutus umbrâ. Virg. ARBUTUM *eſt le frult.* Dant arbuta ſilvæ. Virg.

143. *Arca, Capſa, Scrinium.*

ARCA, *coffre, ce qui ſert à renfermer, d'*arcere. Argentum in arcâ poſitum. Cic. Dives arca veram laudem intercipit. Phed. Servi in arcas conjiciuntur, ne quis cum eis colloqui poſſit. Cic. *Dans des cachots.*

CAPSA, *caſſette, de* capere. Si te ſemel ad meas

Digitized by Google

capſas admiſero. Cic. Et unà cum ſcriptore meo capſa porrectus opertâ deferar in vicum vendentem thus & odores. Hor.

SCRINIUM, *porte-feuille*, *de* ſecernere, *parce qu'il y avoit des ſéparations.* Compilare ſcrinia alicujus. Hor. Et priùs orto ſole vigil calamum, & chartas, & ſcrinia poſco. Hor.

144. *Ardere, Ardeſcere, Igneſcere, Flagrare, Deflagrare.*

ARDERE, *être en feu.* Jam proximus ardet Ucalegon. Virg. Largior arſerit ignis. Hor. *Au figuré*, ardent oculi. Cic. Podagræ doloribus ardere. Cic. Omnia tùm in illum odia civium ardebant deſiderio mei. Cic. *Virgile a dit* ardere *activement au figuré*: Formoſum paſtor Coridon ardebat Alexim. ARDESCERE, *devenir en feu*: *il eſt plus uſité au figuré.* Ardeſcitque tuendo. Virg. Ardeſcere mucronem juſſit. Tacit.

IGNESCERE, *devenir tout en feu.* Ut ad extremum omnis mundus igneſceret. Cic. *Au figuré*, Igneſcunt iræ. Virg. Ardeſcunt iræ *ſeroit plus foible.*

FLAGRARE, *brûler*, *de* φλέγω. Noctu flagrantes onerarias quas incenderant milites, videbatis. Cic. Ignes flagrabant ignibus. *Au figuré*, inopiâ flagrare & cupiditatibus. Sall. Flagrabant apud illum vitia libidinis. Cic. Flagrat bello Italia. Cic. Animus tuus ſemper immortalitatis amore flagravit. Cic. Conſules flagrant infamiâ. DEFLAGRARE, *brûler entiérement*, *être conſumé.* Quâ nocte Alexander natus eſt, eâdem Dianæ Epheſiæ templum deflagravit. Cic. Phaëton ictu fulminis deflagravit. Cic. *Au figuré*, *ceſſer de brûler.* Sed interdùm ſpes ſubibat animum deflagrare iras veſtras poſſe. Liv. Deflagrante paulatim ſeditione. Tacit.

145. *Ardor, Æſtus, Calor, Fervor.*

ARDOR, *chaleur exceſſive.* Ardore flammæ conflagrare. Cic. Solis ardore torreri. Cic. Ardore terra dehiſcit. Virg.

ÆSTUS, *le bouillonnement de l'eau agitée*, *d'αἴθω*, *brûler.* Fervet æſtu pelagus. Cic. Æſtus maritimus. Cic. *Il ſe prend auſſi dans les Poëtes pour une chaleur brû-*

Digitized by Google

lante. Propiùsque æstus incendia volvunt. Virg. Æstibus & mediis umbrosam exquirere vallem. Virg. *Au figuré*, Æstuebat dubitatione animus. Cic. Æstus consuetudinis. Cic. Inanis gloriæ æstus. Cic. Magnoque irarum fluctuat æstu. Virg.

CALOR, *chaleur modérée*, *chaleur naturelle.* Omne quod vivit, sive animal, sive terrâ editum, id vivit propter inclusum in eo calorem. Cic. Calidior est, vel potiùs ardentior animus, quàm hic aër. Cic.

FERVOR, *chaleur violente & bouillante*, *de* fervere. Siccis aër fervoribus ustus. Ovid. *Au figuré*, ætatis fervor. Cic. Pectoris fervor. Hor. Calor *est moins fort que* fervor, *&* fervor *l'est moins qu'*ardor.

146. *Arduus*, *Altus*, *Celsus*, *Excelsus*, *Editus*, *Sublimis*, *Procerus.*

ARDUUS, *escarpé.* Ascensu difficili & arduo erat oppidum. Cic. Per arduum scandit iter. Hor. *Au figuré*, Ardua moliri. Ovid. Mihi hoc perarduum est demonstrare. Cic.

ALTUS, *haut*, *profond.* Via alta atque ardua. Cic. Altissimis defixa radicibus arbor. Cic. *Au figuré*, homo sapiens & altâ mente præditus. Cic. Iste vir altus & excellens. Cic.

CELSUS, *élevé*, *grand*, *du vieux verbe* cello, *excéder.* Stans celsâ in puppi. Virg. Celsæ turres. Hor. *Au figuré*, vir celsus & erectus, & omnia quæ accidere possent, despiciens. Cic. EXCELSUS, *élevé au-dessus du grand.* Ostendebat autem Carthaginem de excelso quodam loco. Cic. *Au figuré*, finxit enim te natura ad omnes virtutes magnum & excelsum. Cic.

EDITUS, *élevé au-dessus du niveau*, *d'è & de* dare. In excelso & edito loco urbs sita. Cic. Edito, *dans cet endroit*, *signifie que cette ville est située sur une hauteur*, *&* excelso *marque que le lieu où est cette hauteur*, *est plus élevé que les lieux voisins.* Tumulus paulò editior. Cæs.

SUBLIMIS, (quasi) suprà limum, *élevé de terre.* Hæc locutus sublimis abit. Liv.

PROCERUS, *fort grand*, *fort long.* Proceræ arbores. Hor. Si quem procerum habitu prospexerant, obtruncare. Tacit.

Digitized by Google

147. *Area, Platea, Planities, Forum, Compita, Trivium.*

AREA, *lieu vuide & qui ne produit rien, d'*arere, *être sec.* Area *est cette place que nous voyons devant nos temples & les palais, qui sert d'ornement.* Area Capitolii. Liv. *Il se prend pour une aire à battre le grain.* Quidquid de Lybicis verritur areis. Hor.

PLATEA *se dit d'un chemin large, d'une place publique, de* πλατύς, *large.* Puræ sunt plateæ, nihil ut meditantibus obstet. Hor. In hâc habitasse plateâ dictum est Chrysidem. Ter.

PLANITIES, *de* planus, *est une plaine.* Æquata agri planities. Cic. Duûm millium planities castra Romana ab Hernicis dividebat. Liv.

FORUM *est une place destinée aux affaires où au commerce, de* ferre. Forum boarium. Liv. Forum rerum venalium maximè celebratum. Sall.

COMPITA, *de* cum *&* *de* petere, *lieu où plusieurs chemins aboutissent.* Circùm compita. Hor. Manat per compita rumor. Hor.

TRIVIUM, (quasi) tres viæ, *place où aboutissent trois chemins.* Arripere maledictum ex trivio. Cic. Nocturnis Hecate triviis ululata per urbem. Virg.

148. *Arena, Saburra.*

ARENA, *sable, d'*arere. Numeroque carentis arenæ. Hor. *Il se prend aussi pour l'arène, pour une terre seche & sablonneuse.* Contendunt ludo, & fulvâ luctantur arenâ. Virg. Arenam aliquam aut paludes emere. Cic.

SABURRA, *gros sable dont on leste un vaisseau.* Onerarias ducere multâ saburrâ oneratas. Liv.

149. *Arere, Arescere.*

ARERE, *être sec.* Aret succis ademptis tellus. Virg. Arente fauce pocula trahere. Hor. ARESCERE, *se sécher.* Da mihi vestimenti aliquid, dùm mea arescunt. Plaut. Lacryma citiùs arescit, præsertim in alienis malis. Cic.

Digitized by Google

150. *Argentum signatum, factum, infectum, grave.*

ARGENTUM SIGNATUM, *de l'argent monnoyé.* ARGENTUM FACTUM, *de l'argent en vaisselle, de l'argenterie.* ARGENTUM INFECTUM, *de l'argent en masse, en lingots.* ARGENTUM GRAVE, *de l'argent en poids. On doit entendre de même* aurum, æs signatum, factum, *&c.* Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus signati argenti & æri domi haberemus. Cic.

151. *Argumentum, Argumentatio.*

ARGUMENTUM, *argument, preuve, d'*arguere. Argumentum est ratio quæ dubiæ rei fidem faciat. Cic. Docere multis argumentis Deum unum esse. Cic. ARGUMENTATIO, (quasi) argumenti ratio. Argumentationem quærere, quæ est argumenti explicatio. Cic. Argumentationis nomine tota disputatio ipsa comprehenditur constans ex argumento & argumenti conformatione. Cic.

152. *Ariolus, Conjector, Fatidicus, Fatiloquus, Faticanus.*

ARIOLUS, & Hariolus, (quasi) Fariolus, *de* fari, *celui qui annonce l'avenir par un esprit prophétique.* Hariolorum furibundæ prædictiones. Cic.

CONJECTOR, *de* conjicere, *celui qui interprete les songes, les présages.* Defert ad conjectorem quidam somniasse se ovum pendere ex fasciâ lecti sui cubicularis. Cic. Somniorum atque ominum interpretes Conjectores vocamus. Quintil.

FATIDICUS, FATILOQUUS, FATICANUS, (quasi) fata dicens, fata loquens, fata canens, *celui qui annonce les decrets des Dieux.* Fatidicorum effata incognita interpretari. Cic. Carmenta fatiloqua. Liv. Hæc ubi faticano venturi præscia dixit ore Themis. Ovid.

153. *Arista, Spica.*

ARISTA *est proprement la barbe du bled.* Seges contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum. Cic.

SPICA,

Digitized by Google

SPICA, *l'épi*, *de* spes, *parce que l'épi est l'espérance du laboureur.* Seges spicis uberibus & crebris. Cic. Seges cùm è vaginis emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam. Cic. *Les Poëtes les ont souvent confondus.*

154. *Armarium*, *Armamentarium.*

ARMARIUM, *armoire*, *lieu destiné à retirer des outils & toutes sortes de choses*, *même de l'argent*, *d'*arma. Minùs clarum putavit fore, quòd de armario, quàm quòd de sacrario foret ablatum. Cic. Aurum ex armario tuo promere ausus es? Cic. ARMAMENTARIUM, *arcenal.* Ex armamentariis publicis arma populo Romano dantur. Cic. Quidquid habent telorum armamentaria cœli. Juvenal.

155. *Armifer*, *Armiger*, *Armatus.*

ARMIFER, *qui porte des armes*, arma ferens. Armifera Dea. Ovid. *Pallas.* Armiferæ Amyclæ. Ovid. ARMIGER, *écuyer*, *celui qui porte les armes d'un autre*, *de son maître.* Quid est Sergius? Armiger Catilinæ. Cic. Nympharum tradidit uni armigeræ jaculum, pharetramque, arcusque retentos. Ovid. ARMATUS, *qui est armé.* Armatos, si latinè loqui volumus, quos appellare verè possumus? Opinor eos qui telis scutisque parati ornatique sunt. Cic. *Au figuré*, incredibili armatus audaciâ. Cic. Armatus animis. Cic. Armata muris urbs. Cic.

156. *Armus*, *Humerus.*

ARMUS *est proprement la partie du corps*, *où s'ajuste le bras*, *ou la jambe de devant dans les animaux*, *d'*ἁρμός, ἁρμόζω, apto. HUMERUS *est ce que nous appellons l'épaule entiere*, *dont l'omoplate fait partie.* Armos equi calcaribus fodere. Virg. Latos huic hasta per armos acta tremit. Virg. Cùm humeris bovem sustineret vivum. Cic. In bobus vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda. Cic.

157. *Arrogans*, *Insolens*, *Gloriosus*, *Superbus.*

ARROGANS, *qui s'en fait accroire*, *d'*ad & de rogare. INSOLENS, non solens, *extraordinaire*, *qui*

Digitized by Google

c'eſt pas dans l'habitude. GLORIOSUS, *glorieux : il ſe met en bonne & en mauvaiſe part.* SUPERBUS, *fier, hautain, altier.*

Ne arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. Cic. Arroganter de ſe ſentire. Cic. Arrogans beneficiorum prædicatio. Cic. Quid tu Athenas inſolens? Cic. Inſolens hoſtis. Cæſ. Inſolens infamiæ, ſemper in laude verſatus. Cic. Lætitia inſolens. Cic. Inſolens, *dit Donat*, qui præter legem humanam & naturalem agit. In victoriâ quæ naturâ inſolens & ſuperba eſt. Cic. Inſolenter gloriari. Cic. Glorioſa mors. Cic. Deforme eſt cum irriſione audientium imitari militem glorioſum. Cic. Greſſus glomerare ſuperbos. Virg. Præbere ſe ſuperbum in fortunâ. Cic. Superbos verrere funeribus triumphos. Hor. Qui iſtinc nunc veniunt, partim te ſuperbum eſſe dicunt, quod nihil reſpondeas; partim contumelioſum, quòd malè reſpondeas. Cic. Atque etiam in rebus proſperis ſuperbiam magnoperè, faſtidium arrogantiamque fugiamus. Cic. Satin ſuperbè illuditis me? Ter. Superbus *ſe dit bien d'un homme violent & tyrannique : c'eſt en ce ſens qu'on a dit Tarquin le Superbe.*

158. *Ars, Artificium, Scientia.*

ARS, *dit Ciceron*, definitur ex rebus penitùs perſpectis, planèque cognitis, atque ab opinionis arbitrio ſejunctis, ſcientiâque comprehenſis. *Et ailleurs* : Ars eſt perceptio quæ dat certam viam rationemque faciendi. Ars *ſe prend auſſi pour artifice.* Nam ſi in te ægrotant artes antiquæ tuæ. Plaut. Ars *eſt la pratique, &* ſcientia *la connoiſſance, de* ſcire. Habere ſcientiam magnarum artium. Cic. Ars ſine ſcientiâ eſſe non poteſt. Cic. ARTIFICIUM, *l'art de faire, d'*ars *&* facere. Neque acie viciſſe Romanos, ſed artificio quodam & ſcientiâ oppugnationis. Cæſ. Simulachrum ſingulari opere artificioque perfectum. Cic. *Il eſt ſouvent pris en mauvaiſe part.* Vicinitas non fallax, non erudita artificio ſimulationis. Cic.

159. *Arteria, Vena.*

Pline décrit ainſi ARTERIA *&* VENA. Ubi ſunt

Digitized by Google

nervi, interiores conducunt membra, superiores revocant: inter hos latent arteriæ, id est, spiritûs semitæ; his innatant venæ, id est, sanguinis rivi. *Selon Ciceron*, sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias. *Nos Médecins ont une connoissance plus exacte des arteres & des veines. Les arteres portent le sang du cœur dans les différentes parties du corps, & les veines le rapportent au cœur. Il y a d'autres différences qu'il appartient aux Médecins d'expliquer. On dit les veines de la terre, d'un caillou, &c.* Seu durat magis (calor) & venas astringit hiantes. Virg. Silicis venis abstrusus ignis. Virg. Venæ auri & argenti. Cic. Malè fecundæ vena periret aquæ. Ovid. *Au figuré*, Vena benigna ingenii. Hor. Prioris venæ ævum. Ovid. Teneat orator oportet venas cujusque generis, ætatis, ordinis, & eorum apud quos aliquid agit, mentes sensusque deguſtet. Cic. Aspera arteria, *la trachée-artere, le conduit qui va de la bouche aux poumons.*

160. *Artifex, Faber, Machinator, Opifex, Operarius, Opera.*

ARTIFEX, *Artiſte qui suit les principes de son art*; d'ars & de facere. Qui distingues artificem ab insscio? Cic. Artifex corporum. Cic. *Un Peintre, un Statuaire.* Dicendi artifices & doctores Græci. Cic. Homines talis negotii artifices. Sall.

FABER *se dit particuliérement d'un ouvrier à marteau.* Marmoris aut eboris fabros aut æris amavit. Hor. Faber tignarius. Cic. *Un Charpentier.*

MACHINATOR, *celuî qui fait des instrumens, ou qui les invente, de* μηχάνη, *machine.* Bellicorum instrumentorum machinator. Liv. *Au figuré*, Machinator scelerum Cic. Belli machinator. Liv.

OPIFEX, *Ouvrier qui fait quelque ouvrage*, d'opus & de facere. Opifices omnes in sordidâ arte versantur. Cic. Opifices & tabernarios atque illam omnem fecem civitatum quid negotii est concitare? Cic. Opus opificem probat. Phed. *Au figuré*, verborum opifex ignobilis. Cic. OPERARIUS & OPERÆ, *manœuvres, gens de journée.* Utrum de bonis quærendum quid bajuli atque opera-

Digitized by Google

rii, an quid homines doctissimi senserint? Cic. Operæ Clodianæ pontes occupaverunt. Cic. Erat mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis. Cic. Accedes opera agro nona Sabino. Hor.

161. *Arx, Castrum, Castra, Castellum.*

ARX, *d'*arcere, *lieu élevé & fortifié pour la sûreté d'une ville.* Tarento amisso, arcem tamen Livius Salinator retinuit. Cic. Qui cùm oppido desperassent, munire arcem cœperunt. Cic. *Au figuré*, communis arx bonorum. Cic. In arce legis præsidia defensionis suæ quærere. Cic.

CASTRUM, *un fort, un lieu entouré de murailles.* Cæsarem firmo progressu in castrum Truentinum venisse. Cæs. *C'est dans le même sens que* castra *signifie un camp, un lieu où une armée campe, parce qu'on l'entoure d'un fossé & d'une palissade.* Cùm Cæsar ad oppidum castra haberet. Cic. CASTELLUM, *diminutif de* castrum, *petit fort.* Castellum naturâ munitum. Hor. Extemplò in vicos castellaque sua omnes dilapsi. Liv.

162. *Asperare, Acerbare.*

ASPERARE, *d'*asper, *rendre rude & raboteux.* ACERBARE, *rendre aigre: il n'est usité qu'au figuré.* Asperat undas hyems. Virg. *Au figuré*, ita moderans, ne lenire, neve asperare crimina videretur. Tacit. Exasperati animi. Liv. Nec cùm se pavidum contra mea jurgia fingit artificis scelus & formidine crimen acerbat. Ovid. Exacerbata superbia. Liv.

163. *Assecla, Assectator, Deductor, Salutator.*

ASSECLA, *qui suit un Grand, qui est à ses ordres;* de sectari. Assecla Patriciorum. Cic. *Et dans un autre sens,* Assecla mentarum. Cic. ASSECTATOR *est un peu plus distingué, c'est celui qui fait cortege.* Quidam assectator ex numero amicorum. Cic.

DEDUCTORES, *chez les Romains, étoient distingués de ceux appellés* SALUTATORES, *en ce que les derniers alloient faire leur cour à différentes personnes, chez lesquelles ils se rendoient dès le matin; & que les autres*

Digitized by Google

n'étoient attachés qu'à un seul patron, à la porte duquel ils étoient dès la pointe du jour, pour attendre son lever, & accompagner à pied sa litiere par les rues. Deductorum officium, quod majus est quàm salutatorum. Cic. Ejus autem rei tres sunt partes; una salutatorum, cùm domum veniunt; altera deductorum; tertia assectatorum. Cic.

164. *Asseverare, Asserere, Affirmare, Confirmare.*

ASSEVERARE, *assurer, dire sérieusement, de* severus. Bella ironia, si jocaremur; sin asseveremus, vide, *&c.* Cic.

ASSERERE, serere ad, *mettre auprès, attribuer, soutenir.* Asserere aliquem cœlo. Ovid. Se à mortalitate asserere. Plin. Asserere se. Ovid. *Se mettre en liberté.* Asserere aliquem manu. Ter. *Mettre quelqu'un en liberté.* In servitutem asserere. Liv. Nihil igitur asserunt qui in re gerendâ senectutem versari negant. Cic.

AFFIRMARE, *certifier, protester, de* firmus. Affirmare jurejurando. Liv. Certum affirmare. Liv. Omni tibi asseveratione affirmo, quod mihi credas velim. Cic. Non soleo temerè affirmare de aliquo. Cic. CONFIRMARE, *confirmer, fortifier.* Mithridates autem & suam manum jam confirmaverat. Cic. Et cùm te benè confirmâris, ad nos venias. Cic. Confirmare aliquid rationibus & argumentis. Cic. *Il se prend aussi dans le sens d'*affirmare. Nemo unquam erit, &, ut confirmarê possum, nemo certè fuit. Cic.

Asseveramus nos aliquid feciſſe vel facturos; crimen, opinionem aliquam affirmamus; valetudo medicinâ, animi dictis confirmantur; in libertatem servos asserimus; vitæ sanctitas cœlo asserit.

165. *Assidēre, Considēre, Assidēre, Considēre.*

ASSIDERE, *être assis auprès;* CONSIDERE, *être assis ensemble.* Sthenius est is qui nobis assidet. Cic. *Au figuré,* parcus assidet insano. Hor. Quoniam consedimus ambo. Virg. ASSIDERE & CONSIDERE *marquent de l'action: s'asseoir, aller s'asseoir auprès, ensemble.* Adherbalem dextrâ assedit. Sall. Et simul assidamus. Cic. Considamus hìc in umbrâ. Cic.

Digitized by Google

166. *Assimulare, Assimilare.*

ASSIMULARE, *contrefaire.* Ulysses furentem assimulavit, ne quò iret. Cic. Nunc tuum est officium has benè ut assimules nuptias. Ter. ASSIMILARE, *comparer, de* similis. Grandia si parvis assimilare licet. Ovid. Simile ex assimilandâ naturâ judicatur. Cic.

167. *Astrum, Sidus, Stellæ, Planeta.*

ASTRUM, *astre, d'ἀστήρ.* Astra oriuntur in ardore cœlesti. Cic. Cùm autem ver esse cœperat, cujus initium iste non à Favonio, neque ab aliquo astro notabat. Cic.

SIDUS, *constellation, l'assemblage de plusieurs étoiles, de συν & d'ἰδεῖν*, videre. Infama sidera Capræ. Hor. Illi sempiterni ignes, quos vos sidera stellasque vocatis. Cic.

STELLA, *de* stare, *se dit proprement des étoiles fixes.* Facilè vincunt magnitudinem terræ stellarum globi. Cic. Stellæ inerrantes. Cic. *Ciceron confond quelquefois* stella *avec* planeta, *lorsqu'il dit, par exemple,* stellæ errantes.

PLANETA, *se dit proprement des étoiles errantes, de* πλανὴ *égarement. On en compte sept, Saturne, Jupiter, Mars, le Soleil, Vénus, Mercure, la Lune.* Sidera cur septem retrò mittantur in ortus obluctata polo, quos indefessâ volvens vortigine mundus signorum obliquâ jubet in statione vagari. Auson. Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes. Virg. *en parlant de Mercure.*

168. *Astutia, Calliditas, Præstigiæ, Captiones, Fraus, Dolus, Fallacia, Versutia.*

ASTUTIA, & Astus, *finesse, adresse, d'ἀστὸν, ou d'*ars. Aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Cic. Nunc opus est tuâ mihi ad hanc rem expromptâ memoriâ, atque astutiâ. Ter. Intelligendi astutia. Cic. Versare dolos astu. Virg.

CALLIDITAS, *est une ruse consommée, de* callus, *le cal qui vient sous les pieds à force de marcher.* Nec numero Hispanos, nec calliditate Pœnos superavimus. Cic. O mirâ calliditate virum! Cic. Scientia quæ est remota à justitiâ, calliditas potiùs, quàm sapientia est appellanda. Cic.

Digitized by Google

PRÆSTIGIÆ, *preſtiges, enchantemens*, de præ & de ſtringere, *éblouir les yeux*. Præſtigiæ verborum. Cic. Non per præſtigias, ſed palàm. Cic. Quaſi præſtigiis quibuſdam depellamur. Cic.

CAPTIONES, *piege, embarras*, de capere. Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas nunquam explicetis? Cic. Captiones dialecticæ. Cic.

FRAUS *ſe prend*, 1°. *pour perte, dommage*. Id mihi fraudem tulit. Cic. Quod ſine fraude meâ fiat. Liv. 2°. *Il ſe prend pour fraude, déguiſement*. Malâ fraude aliquid agere. Hor. Fraus quaſi vulpeculæ videtur. Cic.

DOLUS, *de* δόλος, *dol, mauvaiſe foi*. Cùm ex Aquilio quæreretur quid eſſet dolus malus, reſpondebat, cùm aliud eſſet ſimulatum, aliud actum. Cic. Dolus *eſt toujours à mauvais deſſein, au lieu que* fraus *ne l'eſt pas toujours: Ovide a dit*, fraude piâ.

FALLACIA, *tromperie, impoſture*. Fallacia, *dit Varron*, à fando deducitur, quòd contra ac diximus, faciamus. Fallacia alia aliam trudit. Ter. Perditiſſimi eſt hominis fallere eum qui læſus non eſſet, niſi credidiſſet. Cic.

VERSUTIA *convient à un homme dont l'eſprit eſt tourné à la malice, ou habile à ſe replier & à prendre toutes ſortes de formes*, de vertere. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur. Cic. Malitia eſt verſuta & fallax ratio nocendi. Cic.

169. *Aſylum, Perfugium, Refugium.*

ASYLUM, *lieu qu'il n'eſt pas permis de violer*, d'α *privatif*, & de συλη, *dépouille*. E fano Dianæ ſervum ſuum, qui in illud aſylum confugiſſet, abduxit. Cic. Ubi eâ religione & eo jure ſancto quo ſunt templa, quæ aſyla Græci appellant. Liv.

PERFUGIUM, *lieu de ſûreté*, de fugere. Commune perfugium, domus. Cic. Perfugium & præſidium ſalutis. Cic. Itaque utor eodem perfugio, quo tibi utendum cenſeo, litterulis noſtris. Cic. *On ne diroit pas* refugio. REFUGIUM, *refuge, retraite*. Regum, populorum, nationum portus erat & refugium Senatus. Cic.

Digitized by Google

170. *Ater, Niger, Pullus.*

ATER *eſt un noir de charbon.* Tam excoctam reddam, tàm atram, quàm carbo eſt. Ter. Calculus ater. Ovid. NIGER *eſt un noir ſombre & obſcur.* Noctis nigræ umbra. Lucret. Nemus nigrum. Virg. Imber nigerrimus denſis auſtris. Virg. Nigris oculis, nigroque capillo. Hor. *Au figuré*, hic niger eſt; hunc tu, Romane, caveto. Hor. Nec minùs niger, nec minùs confidens, quàm ille Terentianus eſt Phormio. Cic. PULLUS, *de couleur griſe, un gris foncé.* Agna pulla, Hor. *une brebis noire, tirant ſur le gris; au lieu qu'*agna nigra *eſt une brebis toute noire.* Ficus pulla. Hor. Pullus *étoit la couleur que portoit le peuple, & celle des habits de deuil à Rome.* Quis in funere familiari cœnavit cum togâ pullâ? Cic.

171. *Atrium, Porticus, Veſtibulum.*

ATRIUM, *d'*atrum, *parce que l'on y faiſoit la cuiſine.* Atrium, *chez les premiers Romains, étoit une grande ſalle qui étoit à l'entrée de la maiſon: c'étoit là qu'ils mangeoient, qu'ils faiſoient la cuiſine, & qu'ils plaçoient les images de leurs ancêtres, afin que leurs deſcendans les imitaſſent. C'étoit dans ces ſalles que ſe tenoient les cliens & ceux qui alloient faire la cour aux grands.* Atria ſervantem poſtico falle clientem. Hor. *Il y avoit auſſi de ces ſalles à l'entrée des temples.* Quæſtiones urgent Milonem, quæ ſunt habitæ in atrio Libertatis. Cic.

PORTICUS, *de* porta, *étoit un lieu couvert, ſoit par une voûte, ſoit par un plancher ſoutenu par des colonnes, une gallerie, une promenade couverte.* In porticibus deambulantes diſputabant philoſophi. Cic.

VESTIBULUM, *avant-cour, veſtibule, de* Veſta, *parce qu'on y plaçoit ordinairement un autel en ſon honneur.* Veſtibulum ante ipſum primoque in limine portæ. Virg. Primo aditu veſtibuloque prohibere aliquem. Cic. *Au figuré*, Veſtibulum Siciliæ. Cic. Veſtibulum & aditus ad rem aliquam. Cic.

172. *Attribuere, Aſſignare.*

ATTRIBUERE, tribuere ad, *donner, imputer.* Attri-

Digitized by Google

buere causam calamitatis alicui. Cic. Lentulum visas, eique de mancipiis quæ tibi videbuntur, attribuas. Cic. Attribuere negotium aliquod alteri. Cæs. Pudor quem mihi natura attribuit. Cic. ASSIGNARE, *de* signum, *assigner, déterminer.* Agros assignare. Liv. Munus humanum assignatum à Deo defugere. Cic. Culpas fortunæ assignare. Cic. Attribuere *seroit peut-être le même dans cet exemple.*

Quæ attribuuntur assignari puto oportere, ne jurgia gignantur.

173. *Avaritia, Aviditas.*

AVARITIA, *d'avere, convient à un homme qui épargne trop ce qu'il possede;* AVIDITAS *se dit d'un homme qui desire trop ce qu'il ne possede pas.* Est autem avaritia opinatio vehemens de pecuniâ quasi valdè expetenda sit, inhærens & penitùs insita. Cic. Avaritia pecuniæ studium habet. Sall. *Horace a dit* avarus *pour* avidus. Præter laudem nullius avaris. Aviditas pecuniæ. Cic. Inexhausta legendi aviditas. Cic. Hujus mendicitas aviditati conjuncta in fortunas nostras imminebat. Cic. Laudis avidi, pecuniæ liberales erant. Sall.

174. *Aucupari, Venari.*

AUCUPARI, aves capere, *chasser aux oiseaux.* Laqueis quos callidus abdidit auceps. Ovid. *Au figuré,* delectationem aliquam aucupari. Cic. Aucupari gratiam alicujus. Cic. Tempus aucupari. Cic. Ars dicendi opiniones hominum & sæpè errores aucupatur. Cic. VENARI *se dit particuliérement de la chasse de la bête.* Canum tanta alacritas in venando. Cic. Apros venari. Cic. *On diroit mal,* apros aucupari. *Au figuré,* laudem modestiæ venari. Cic. Fructis & pomis viduas venentur avaras. Hor. Oculis venantem viros. Phed. *en parlant d'une coquette.*

175. *Auctor, Consiliarius, Suasor, Impulsor, Hortator.*

AUCTOR, *d'augere, est celui qui ouvre un avis.* Donec labantes consilio patres firmaret auctor nunquam aliàs dato. Hor. Non supplex venit orator, sed hor-

Digitized by Google

tator atque auctor. Cic. *Il se prend aussi pour auteur.* Promissi carminis auctor. Hor. Haudquaquàm par gloria sequitur scriptorem & auctorem rerum. Sall.

CONSILIARIUS, *de* consilium, *est un terme de fonction : il se dit de ceux qui sont partie du conseil des Princes.* Perspicio totam rem istam jam pridem à certis hominibus, non invito Rege Consiliariisque ejus, esse corruptam. Cic.

SUASOR *est celui qui porte à faire une chose par la persuasion ;* IMPULSOR, *celui qui pousse, de* pellere ; HORTATOR, *celui qui exhorte, qui encourage,* ὁρμάω, *exciter.* Quanquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris. Cic. Here, ne me spectes ; me impulsore hæc non fecit. Ter. Auctor & impulsor & socius sceleris. Cic. Eò accedebat hortator assiduus. Cic. Quanquam hortatore non egetis ; ipsi enim vestrâ sponte exarsistis. Cic.

176. *Audientia, Auditio, Auditus.*

AUDIENTIA, *audience, attention à écouter.* Maximam audientiam orationi meæ improbitas illius factura est. Cic. Illi præco faciebat audientiam. Cic. AUDITIO, *l'action d'ouïr, ouï-dire.* Fabellarum auditione duci. Cic. Fictæ auditiones. Cic. His rumoribus atque auditionibus permoti. Cic. AUDITUS, *l'ouie, un des cinq sens.* Aspectu, auditu, tactu, odore, gustatu. Cic. Auditus semper patet. Cic. *On diroit bien :* Auditiones fictæ quibus auditus sæpiùs patet, audientiam facere solent.

177. *Audire, Exaudire, Auscultare.*

AUDIRE, *écouter, entendre,* d'auris : *les anciens disoient* audes *pour* aures. Attentè audire verba alicujus. Cic. EXAUDIRE, *entendre parfaitement.* Maximâ voce, ut omnes exaudire possint, dico. Cic. Audire *diroit moins.* Audire *&* exaudire *signifient souvent, écouter favorablement.* In quo Dii immortales meas preces audierunt. Cic. Nullis exaudita Deorum vota precesque meæ. Virg. AUSCULTARE, (quasi) aure occultare, *écouter avec soumission.* Mihi ausculta, vide ne tibi desis. Cic. Jamdudùm ausculto. Hor.

Digitized by Google

178. *Auferre, Abripere, Diripere, Eripere, Surripere, Avellere, Extorquere, Exprimere, Extundere, Elicere, Emungere.*

AUFERRE, *emporter d'un lieu*, ferre ab. ABRIPERE, *entraîner de force*, rapere ab. DIRIPERE, *enlever, ravir de différens côtés, de* dis *&* rapere. ERIPERE, *ôter de force, ravir.* SURRIPERE, *enlever furtivement.* AVELLERE, *arracher.* EXTORQUERE, *extorquer*, (quasi) torquendo auferre. EXPRIMERE, *faire sortir en pressant*, premere ex. EXTUNDERE, *faire sortir à force de coups*, tundere ex. ELICERE, *faire sortir par art, par quelque raison ou passion, de l'inusité* lacire, in fraudem inducere. EMUNGERE, *faire sortir en mouchant, de* μύσσω, *moucher.* Emungere *n'est que du style comique.*

Quod rectè custodire non poterunt, id auferre & abducere licebit. Cic. Quem obtortâ gulâ de convivio abripi jussit. Cic. Expilare & diripere socios & provincias. Cic. Si qua vis istum de vestrâ severitate eripuerit. Cic. Virtus nec eripi, nec surripi potest. Cic. Captivum è custodiâ surripere. Cic. Poma si cruda sunt, vi avelluntur; si matura & cocta, decidunt. Cic. Id totum vobis eripere atque extorquere conatus est. Cic. Ille ea exorabat quæ volebat auferre, tu extorques. Cic. Exprimere oleum. Plin. *Au figuré*, si tuis blanditiis aliquid expresseris. Cic. Ab invitis pecuniam exprimere. Cic. Extundere ignem. Plin. *Au figuré*, ut varias usus meditando extunderet artes. Virg. Cùm labor extuderit fastidia. Hor. Elicere præmio. Cic. Arcana alicujus elicere. Liv. Ignem conflictu & ictu lapidum elicere. Cic. Emunctæ naris homo. Hor. Cujus pater cubito se emungere solebat. Cic. *Au figuré*, Emunxi argento senes. Ter. Pithias emancto lucrata Simone talentum. Hor.

179. *Aufugere, Confugere, Diffugere, Effugere, Perfugere, Profugere, Refugere, Subterfugere.*

AUFUGERE, *fuir d'un lieu*, fugere ab. CONFUGERE, *fuir ensemble, fuir dans un lieu de sûreté.* DIFFUGERE, *fuir de différens côtés.* EFFUGERE, *échapper.* PERFUGERE, *se réfugier*, fugere per. PROFUGERE, *fuir loin*, porrò

Digitized by Google

fugere. REFUGERE., *reculer, éviter*; retrò fugere. SUBTERFUGERE, *se dérober.*

Jam aliquantum ſpatii ex eo loco ubi pugnatum eſt, aufugerant. Liv. Turnus Rutulique diffiſi rebus ſuis ad florentes Hetruſcorum opes confugerant. Liv. Ad fidem alicujus confugere. Cic. In proximas dilapſi ſilvas, indè domos diffugerunt. Liv. Effugit Rex è manibus. Cic. Vincula effugere. Hor. Jam Tarquinii ad Lartem Porſennam Cluſinum Regem perfugerant. Liv. Ad Imperatores perfugere. Cic. In oppidum aliquod devium perfugere. Tacit. Patres familias extorres profugerunt. Cic. Trepiduſque repentè refugit. Virg. A peſtiferis & nocentibus refugere. Cic. Ad urbem refugere. Liv. Refugere à dicendo.. Cic. Subterfugere militiam ſimulatione inſaniæ. Cic. Criminum vim ſubterfugere. Cic.

180. *Augeſcere, Creſcere, Gliſcere.*

AUGESCERE, *s'augmenter, groſſir.* CRESCERE, *croître, devenir plus conſidérable.* GLISCERE, *s'étendre, gagner inſenſiblement, de* γλισχρός, lentus, lubricus. Augeſcunt & pubeſcunt animantes. Cic. Uva ſucco terræ & calore ſolis augeſcit. Cic. *Au figuré*, Aſdrubal cùm hoſtium res tacitis augeſcere incrementis cerneret. Liv. Hæc villa inter manus meas crevit. Cic. Creſcentes morbi. Cic. Creſcentem ſequitur cura pecuniam. Hor. Diſcordia gliſcit. Liv. Flagitia gliſcunt. Tacit. Gliſcunt animis diſcordibus iræ. Virg.

181. *Augur, Auſpex, Haruſpex.*

AUGUR, *augure : les augures étoient ainſi nommés, parce qu'ils prédiſoient l'avenir par le vol & le chant des oiſeaux ; d'*avis *&* gero, (quaſi) aviger, *ou* garrio. Augur Jovis interpres & internuncius. Cic. *Les oiſeaux par le chant deſquels on prenoit les augures, s'appelloient* oſcines, (quaſi) ore canentes. Tùm à dextrâ, tùm à ſiniſtrâ parte canunt oſcines. Cic. *Ceux dont on examinoit le vol, ſe nommoient* præpetes, *de* πρὸ *&* πέτομαι *voler devant.* Præpetis omina pennæ. Virg. *Les augures étoient un miniſtere, un état permanent.* Colle-

Digitized by Google

gium Augurum *étoient des premieres personnes de République.*

AUSPEX, *d'avis & de* spécere, *inusité.* Auspex *n'exprime qu'une action passagere. Les Consuls prenoient eux-mêmes les auspices.* Quòd si illa precatio solemnis Consularibus auspiciis consecrata. Cic.

ARUSPEX, *ou* Haruspex, *d'*ara *&* spécere *aruspice. Leur fonction étoit de prédire l'avenir en considérant les mouvemens de la victime avant le sacrifice & après l'inspection des entrailles, en examinant la flamme, la fumée & tout ce qui arrivoit pendant le sacrifice. Ils étoient aussi chargés d'expliquer les prodiges qu'ils voyoient, & de faire des expiations pour détourner ce qu'il y avoit de fâcheux.* Cùm Haruspices ex tota Hetruriâ convenissent, totius urbis ac imperii occasum appropinquare dixerunt. Cic. Haruspicini Libri. Cic.

182. *Avius, Invius, Devius, Impervius, Inaccessus, Inhospitalis, Inhospitus.*

AVIUS, *où il n'y a point de chemin tracé, que l'on puisse y passer, ou éloigné du chemin.* Avii montes Hor. Avia cursu dùm sequor. Virg. Nocturnis & avia itineribus. Sall. *Au figuré,* Avius à verâ longè ratio vagaris. Lucret. INVIUS, *où l'on ne peut passer, impraticable.* Saltus invii. Liv. Regna invia vivis. Vir. DEVIUS, *écarté, détourné.* Devia & silvestris gens. Liv. Devium oppidum. Cic. IMPERVIUS, *impénétrable,* non via per. Amnis impervius. Ovid. INACCESSUS *inaccessible, de* non accedere. Vertex inaccessus. Tac. INHOSPITALIS, *inhabitable, de* non hospes. Inhospitalis Caucasus. Hor. INHOSPITUS, *qui n'est pas habité, contraire aux hôtes.* Inhospita Syrtis. Virg. Inhospita tecta Tyranni ingredior. Virg.

183. *Aula, Regia, Basilica.*

AULA, *sale, place, la cour, le palais d'un Prince.* ἀυλή. Perfeci, ut Rex omni auctoritate aulæ cum munitâ regnum cum dignitate obtineret. Cic. Si quis mihi parvulus aulâ luderet Æneas. Virg.

REGIA, *de* Rex, *palais d'un Roi : on souscrit*

Digitized by Google

domus. In regiâ Reges ipsi quasi producti ad dignitatem. Cic. Hic fuit antiqui Regia parva Numæ. Ovid. Regia solis erat sublimibus alta columnis. Ovid. BASILICA, *de βασιλεύς, est un portique magnifique, tel que ceux qui environnoient la place publique.* Qui forum & basilicas non spoliis provinciarum, sed ornamentis amicorum, commodis hospitum, non furtis nocentum ornarent. Cic. Plenum forum & basilicas videmus. Cic. *Ce ne fut que dans la suite que les temples & les belles églises furent appellées Basiliques, à cause des colonnades dont elles étoient ornées, soit au dedans, soit au dehors.*

184. *Aura, Ventus, Flatus, Flamen, Turbo.*

AURA, *vent doux, petit souffle, du grec* ἀυρά. Æquatæ spirant auræ. Virg. Aspirant auræ in noctem. Virg. Et levis impulsos retrò dabat aura capillos. Ovid. Ubi gratior aura leniat & rabiem Canis & momenta Leonis. Hor. *Au figuré*, Auræ popularis homo. Liv.

VENTUS, *le vent, de* venire. Affluens aër hùc & illùc ventos efficit. Cic. Vasto rex Eolus antro luctantes ventos, tempestatesque sonoras imperio premit. Virg.

FLATUS, *de* flare, *souffle.* Flatus *se dit ordinairement d'un vent favorable.* Undè aliquis flatus ostenditur, vela do. Cic. Prospero flatu uti. Cic. FLAMEN, *de* flare, *vent impétueux.* Flamen *est poétique.* Fugant inductas flamina nubes. Ovid. Rapido terram cum flamine portant. Virg.

TURBO, *de* τυρβή, *tourbillon de vent, vent froid & impétueux.* Venti perflant terras turbine. Virg. Gubernare navem in magnis turbinibus. Cic. *Au figuré*, duo Reipublicæ turbines. Cic. Turbo ac tempestas pacis atque otii. Cic. Mentis turbine agi. Ovid. Turbo *se prend aussi pour ce qui tourne, un rond, roulement.* Turbinem versare. Cic. Celerique ad terram turbine fertur. Virg. Turbo *ne signifioit pas ce que nous appellons une toupie : ce seroit bien dégrader la comparaison de Virgile.* Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo.

185. *Aureus, Auratus, Aurifer.*

AUREUS, *qui est d'or.* Aureus partus. Cic. Aureus

Digitized by Google

ramus. Virg. AURATUS, *doré.* Currus auratus. Cic. Milites aurati. Liv. AURIFER, *qui produit l'or.* Aurifera arbor. Cic. Amnis aurifer Tagus. Catul.

186. *Auriga, Agitator, Agaſo.*

AURIGA, *celui qui conduit un char, d'*aurea, *tétiere de cheval, & d'*agere. AGITATOR *ſe dit de celui qui conduit un char & des bêtes de ſomme.* AGASO, *palfrenier, valet d'écurie, d'*ἀγάλλω, *parer.*

Hìc jacet Phaëton currûs auriga paterni. Ovid. *Au figuré*, Aurigam video vela dediſſe rati. Ovid. Nec eſt melius quicquam, quàm ut Lucullus ſuſtineat currum equoſque, ut bonus ſæpè agitator. Cic. Sæpè oleo tardi coſtas agitator aſelli, vilibus aut onerat pomis. Virg. Acceptos ab agaſonibus equos. Q. Curt. Duo equi phalerati cum agaſonibus. Liv.

187. *Auris, Auricula.*

AURIS, *l'oreille, l'organe de l'entendement.* Aures cùm ſonum recipere debeant, qui naturâ ſin ſublime fertur, rectè in altis corporum partibus collocatæ ſunt. Cic. AURICULA, *le tendon de l'oreille, cette éminence qui eſt à l'entrée de l'oreille.* Demitto auriculas ut iniquæ mentis aſellus. Hor. Auriculam fortaſsè mordicùs abſtuliſſet. Cic.

188. *Avus, Proavus, Abavus, Atavus, Patres, Majores.*

AVUS, *l'aïeul, le grand-pere.* PROAVUS, *le biſaïeul, le pere du grand-pere.* ABAVUS, *le pere du biſaïeul.* ATAVUS, *le pere du triſaïeul.* Pater, avus, proavus, abavus, atavus. Cic. *Les Poëtes ont quelquefois confondu ces différens degrés : ils ont dit l'aïeul, le biſaïeul, le triſaïeul, pour les ancêtres.* PATRES *comprend* avi, proavi, abavi, atavi; MAJORES *remonte encore plus loin.* Patres majoreſque noſtri. Cic. Memoriæ patrum id uſuvenit. Cic. Vir avo, patre majoribuſque digniſſimus. Cic. Majorum noſtrorum ſepultæ reliquiæ. Cic.

Digitized by Google

189. *Auxiliari, Juvare, Subvenire, Succurrere, Opitulari, Sublevare.*

AUXILIARI, *d'augere, augmenter les forces de quelqu'un.* Ut, si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier. Ter. Nihil Numantinis auxiliatæ sunt corporis vires. Cic. Qui nostros duces auxilio laboris, commeatûs, periculo suo juverit. Cic.

JUVARE, & Adjuvare, *seconder.* Fortes fortuna adjuvat. Ter. Audaces fortuna juvat. Virg. Me Pompeius Capuam venire voluit, & adjuvare delectum. Cic. Juvare auxilio, consilio. Cic.

SUBVENIRE, *aller au secours de quelqu'un.* Subveniſti homini jam collum in laqueum inferenti. Cic. Tecta verò quibus & frigorum vis pelleretur, undè aut initio dari, aut posteà subveniri potuerunt? Cic. Remediis saluti suæ acrioribus subveniendum putavit. Cic.

SUCCURRERE, *de* sub & *de* currere, *courir au secours de quelqu'un.* Hæc ubi filio nunciata sunt, statim exanimatus ad ædes contendit, ut & vitæ patris, & pudicitiæ fororis succurreret. Cic. Incensæ succurritis urbi. Virg.

OPITULARI, *aider de son crédit, ou de ses richesses, ceux qui sont dans le besoin, d'opis.* Sontibus opitulari poteram. Cic. Ut quisque maximè opis indiget, ita ei potissimùm opitulari. Cic.

SUBLEVARE, *de* sub & *de* levare, *relever.* Stratum & abjectum sublevare. Cic. *Au figuré*, laborem sublevare militum. Cæs. Hoc tamen in miseriis adjumento & solatio sublevor. Cic.

Sociis dimicantibus auxiliamur; amicos & consiliis & manu juvamus; destitutis, debilioribus, lapsuris subvenimus; deprehensis & periclitantibus succurrimus; pauperibus aut minùs gratiosis opitulamur; afflictos & jacentes sublevamus.

B.

190. *Baculus, Scipio, Sceptrum, Lituus.*

BACULUS, & Baculum, *un bâton.* Baculumque tenens agreste siniſtrâ. Ovid. Levare membra baculo. Ovid.

Digitized by Google

SCIPIO, *une canne à s'appuyer, de σκίπων, ωνος*, baculus. Scipione eburneo in caput incusso. Liv. SCEPTRUM, *sceptre, bâton royal, de σκήπτω, s'appuyer.* Regale sceptrum. Ovid. Sedens cum purpurâ & sceptro & insignibus illis regiis. Cic. LITUUS, *bâton augural.* Romuli lituus, id est, incurvum & leviter à summo inflexum bacillum. Cic. Lituus, baculus sine nodo aduncus. Liv.

191. *Balneum, Balneæ, Lavatio.*

BALNEUM, & Balineum, *de βαλανεῖον, bain. On désignoit ordinairement par le mot* Balneum, *le bain que chaque particulier avoit dans sa maison; & par* Balneæ, *ou* Balineæ, *les bains publics.* Quòd plures essent qui balneis uterentur, multitudinis potiùs, quàm singulari vocabulo; balneum verò, ubi domi suæ quisque lavaretur, veteres appellasse. Varr. Hùc te è balneo, priusquàm accumberes, ducere volebat. Cic. *Ce qui ne peut s'entendre que d'un bain particulier,* Balneæ publicæ. Cic.

LAVATIO *se prend pour la baignoire, & pour l'action de se laver.* Faciam ut lavatio parata sit. Cic. Argentea lavatio. Phed. Vasa quæ ad lavationem pertinent exponebantur. Cic.

192. *Barbarus, Atrox, Acerbus, Immitis, Immanis, Inhumanus, Trux, Durus, Dirus, Ferox, Ferus, Crudelis, Sævus, Asper, Teter, Truculentus.*

BARBARUS *signifie proprement Etranger.* Mare barbarum. Hor. *La mer étrangere, la mer des Indes.* Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum. Cic. Tam barbari linguâ & natione illi, quàm tu naturâ & moribus. Cic. *Les Grecs appelloient barbares, βαρβαροι, ceux qui parloient mal.* Barbarus, *dans Ciceron, est souvent opposé à* disertus. Qui aliis inhumanus ac barbarus, isti uni commodus ac disertus videretur. Cic. Gens immanis ac barbara, cui opponitur humana atque docta. Cic. *Et dans Ovide,* Barbarus hìc ego sum, quia non intelligor ulli.

ATROX, *redoutable, terrible, d'α privatif ou aug-*

Digitized by Google

mentatif, & de τρύχω. tero. *D'autres le font venir d'α privatif, & de* τρόσω. Res ſcelerata, atrox, nefaria. Cic. Præter atrocem animum Catonis. Hor. Inimicus atrox. Ter. Atrociſſimæ litteræ. Cic.

ACERBUS, *qui n'eſt pas mûr, aigre.* Nondùm matura eſt, acerbam nolo ſumere. Phed. Pomaque crudeli vellis acerba manu. Ovid. *Au figuré, Dur, fâcheux.* Quod niſi concedas habeare inſuavis, acerbus. Hor. Acerbum incendium. Cic.

IMMITIS, *ſans douceur,* non mitis. Uva immitis. Hor. Mitia poma. Virg. *Au figuré*, pectus immite. Catul. Immite minaxque edictum. Ovid.

IMMANIS, *ſans bonté, de* non, *& de* manus, *bon.* Immanis ac fera bellua. Cic. Immanis natura. Cic. Animo immanis. Ovid.

INHUMANUS, *ſans humanité*, non humanus. Inhumana crudelitas. Liv. Inhumana barbaria. Ovid.

TRUX, *farouche.* Truces oculi. Cic. Horridus & trux Tribunus plebis. Cic. Truces inimicitiæ. Hor. Claſſico truci excitatus miles. Hor.

DURUS, *dur, ſe dit au propre des pierres, du marbre*, &c. Duris genuit te cautibus horrens Caucaſus. Virg. Durior annoſâ quercu. Ovid. *Au figuré*, corda dura. Ovid. Dura domina, cupiditas. Cic. Dura fames. Hor. Animus agreſtis ac durus. Cic.

DIRUS, (quaſi) ab irâ Dei. Dira execratio. Liv. Diris funeribus iras Deorum contrahere. Liv. Grando dira. Hor. Cùm enim triſtiſſima exta ſine capite fuerint, quibus nihil videtur eſſe dirius. Cic.

FEROX, *de* ferre, *ſe dit en bonne & en mauvaiſe part.* Reddit hominem ferociorem, impotentioremque victoria. Cic. Homo naturâ nimiùm vehemens, ferox-que. Cic. Globus ferociſſimorum juvenum. Liv. Ille animo feroci negat ſe toties fuſum Numidam pertimeſcere. Sall.

FERUS *ſe prend toujours en mauvaiſe part.* Ex feris & immanibus mites reddidit & manſuetos. Cic. Ferus *eſt toujours cruel, au lieu que* ferox *eſt ſouvent brave.*

CRUDELIS, *cruel, de* crudus, *crû, qui n'eſt pas mûr.* In hominis alicujus calamitate crudelem eſſe. Cic. Heu! fuge crudeles terras. Virg. Crudelis *eſt proprement un homme ſans pitié.*

Digitized by Google

SÆVUS *eſt ordinairement l'effet de la colere.* Sævus memorem Junonis ob iram. Virg. Sævior indomitis juvencis. Ovid. Sævus *ſe prend auſſi en bonne part.* Maternis ſævus in armis. Virg. Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector. Virg.

ASPER *ſignifie proprement, âpre, raboteux; il eſt oppoſé à* lævis. Senſus judicat dulce amarum, lævè aſperum, longè propè. Cic. *Au figuré*, Aſper animus. Liv. Monitoribus aſper. Hor.

TETER, *ſale, puant.* Aqua teterrima. Hor. Hyems teterrima. Cic. *Au figuré*, libido tetra. Hor. *Ciceron oppoſe* teter *à* clarus. Vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſimâ morte eſt affectus. Teter *ſe prend auſſi pour cruel.* In alios teter. Cic. Bellum teterrimum. Cic. Bellua tetra. Cic. Sententia tetra. Cic.

TRUCULENTUS, (quaſi) trux oculis, *dont les regards ſont farouches.* Truculentus aſpectu. Cic. Truculentius ſe gerebat, quàm cæteri. Cic.

Barbarus eruditi, & urbanus fieri poteſt. Atrociter ſtrinamur; acerbè pungimus, dolemus, increpamus. Adeò Syllæ victoris immite fuit ingenium, ut barbaros immanitate ſuperaret. Calamitoſis illudere prorsùs inhumanum eſt. Trucem aſpectum contorquemus. Vulneratum Philoctetem & dira Græcis imprecantem ſaxo durior Ulyſſes in inſulâ deſtituit. Feros magis, quàm feroces viros alit Africa. Etſi naturâ crudelis foret Alexander Pheræus, non tamen ſemper & in omnes & ubiquè ſævus. Aſperum haud temerè tangas; tetrum averſeris & horreas: hoſtis truculentus & terribilis aſpectu.

193. *Bardus, Hebes, Ineptus, Inſulſus, Stupidus; Stultus, Stolidus, Demens, Amens, Veeors, Excors, Inſanus, Veſanus, Inſipiens.*

BARDUS, *peſant, niais, de* βραδὺς. *lourd.* HEBES, *au propre, Emouſſé; au figuré, Hébété.* INEPTUS, non aptus, *qui n'eſt pas propre; inepte.* INSULSUS, *au propre, Inſipide, ſans ſel*, non ſalſus. STUPIDUS *eſt un homme à qui la frayeur ou quelque paſſion ôte l'uſage des ſens.* STULTUS *eſt un homme crédule, qui agit &*

Digitized by Google

qui parle sans beaucoup de réflexion. STOLIDUS *est un homme bouché & étourdi en même temps.* DEMENS *est un homme qui paroît manquer de tête & de jugement dans certaines choses, de* de *&* de mens. AMENS *est un homme troublé par une passion trop violente pour avoir son jugement & sa tête.* VECORS, *un téméraire, un extravagant.* EXCORS *est celui qui ne sent pas ce que tout le monde sent, soit utile, soit honnête.* INSANUS *est un homme qui, dominé par la passion, ne peut suivre la raison.* VESANUS *est un homme qui, esclave d'une passion, est dans une espece de délire.* DESIPIENS *est un homme qui, connoissant l'état des choses & des personnes, ne sent pas ce qu'il faut ou ce qui est décent.*

Bardum se facere. Plaut. Stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd jugula concava non haberet. Cic. Gladii hebetes. Ovid. Hebes æquè ac pecus. Cic. Hebetiora ingenia. Cic. Quem enim ineptum vocamus, is mihi videtur ab hoc nomen habere ductum, quòd non sit aptus. Cic. Qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est vel dignitatis vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus aut multus est, is ineptus dicitur. Cic. Via inepta. Cic. Salsi fluctus. Virg. Salsa æquora. Hor. Sic insulsi extiterunt, ut nihil aliud eorum nisi insulsitas rideatur. Cic. Insulsa efflagitatio. Cic. Omnes stupidi timore obmutuerunt. Cic. Ita populus studio stupidus in funambulo animum occupârat. Ter. Si id non sentit, periculum est ne se stuporis excusatione defendat. Cic. Stultum me existimo, fatuum non existimo. Cic. Credulitas stulta. Ovid. Sed stulti sumus, qui Drusum cum Clodio conferre audeamus. Cic. Stulta loquacitas. Cic. Vix tandem sensi stolidus. Ter. Id non promissum magis stolidè, quàm stultè creditum. Liv. Fiducia stolida. Liv. In tranquillo tempestatem optare dementis est. Cic. Tùm ille subitò scelere demens, quanta conscientiæ vis esset, ostendit. Cic. Amens dolore semianimis procubuit. Ovid. An me tam amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquar? Cic. Amens exterrita monstris. Virg. Audacia vecors. Liv. O vecors

Digitized by Google

& amens! Cic. Neque tu eras tam excors tamque demens, ut nescires, &c. Cic. Tu-ne insanus eris, si acceperis, an magis excors, rejectâ prædâ quam præsens Mercurius fert? Hor. Homines prorsùs ex stultis insanos facit. Ter. Nomen insaniæ significat mentis ægrotationem & morbum, id est, insanitatem animi, quam vocamus insaniam. Cic. Hæc furiosa vis vesani Tribuni plebis. Cic. Homo vesanus & furiosus. Cic. Nec quicquam fortunato insipiente intolerabilius. Cic. Insipienter sperare. Cic.

Demens est qui pennis non homini datis in cœlum evolare contendit; amens est qui filium amissum dolens, Deum ipsum incusat; vecordem eum dixerim qui mulierculæ causâ amicum perdat, aut etiam jugulet; excors videatur qui comparandæ laudis opportunitati jocum futilem anteponat. Quis neget insanum esse eum qui virtutis ostentandæ cupidus frustrà periculum arcessat? Vesanus fuit & importunus carminum recitator Santolius. Insipiens fuit Roboam, qui, spretis seniorum consiliis, juniorum sententiam sequutus est. Stultus habeatur qui Thersitem Achilli comparat; imò & stolidus, si præsertim ineptè dictum tueri velit.

194. *Basis, Fundamentum.*

BASIS, *la base d'une colonne, soutien, de βαίνω; avoir une ferme assiette.* Basis statuæ. Cic. Basis trianguli. Cic. FUNDAMENTUM, *fondement, de* fundus. Operis fundamenta jacere. Cic. *Au figuré*, virtutum omnium fundamentum pietas. Cic.

195. *Beatus, Felix, Faustus, Fortunatus, Prosper.*

BEATUS *est celui qui a ce qu'il desire, de* beare. FELIX, *heureux: il se prend activement & passivement.* FAUSTUS, *de* favere, *favorable: il ne se dit que des choses.* FORTUNATUS *est un homme favorisé de la fortune.* PROSPER, *qui réussit, qui va bien.*

Neque alia huic verbo, cùm beatum dicimus, subjecta notio est, nisi secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio. Cic. Qui beatus est, non intelligo quid requirat ut sit beatior; si est enim quod desit, ne beatus quidem est. Cic. Ab omni laude felix. Cic.

Digitized by Google

Felicibus æquè auſpiciis. Virg. Sis bonus ô, felixque tuis. Virg. Fauſtus & felix dies. Ter. O nox illa fauſta huic urbi! Cic. Fortunatus & nobilis homo. Cic. Quis me vivit hodiè fortunatior? Cic. Fortunatus & ille Deos qui novit agreſtes. Virg. Vita fortunata. Hor. Exitus proſper. Cic. Proſpera fortuna. Hor. Frugum proſpera luna. Hor. Cùm proſpero flatu fortunæ utimur. Cic.

196. *Bellare, Prœliari.*

BELLARE *&* Bellari, *faire la guerre.* PRÆLIARI, *combattre.* Bellare cum Diis. Cic. Eudemus prælians ad Syracuſas occidit. Cic.

197. *Bellicus, Bellicoſus, Bellator, Militaris.*

BELLICUS, *de guerre.* BELLICOSUS, *guerrier, belliqueux.* BELLATOR, *homme de guerre.* MILITARIS, *qui concerne les ſoldats ou l'art militaire.* Bellica laus. Cic. Bellicæ res. Cic. Bellicoſus Rex. Cic. Bellicoſiſſima natio. Cic. Nec verò de bellatoribus ſolùm diſputant. Cic. *Virgile a dit*, bellator equus. Opera militaris. Liv. Via militaris. Cic. Militaris ætas. Tacit.

198. *Bellua, Beſtia, Fera, Pecus, Armentum, Grex, Jumentum.*

BELLUA *eſt une bête énorme.* BESTIA, *en général, ſe dit d'un animal dépourvu de raiſon.* FERA *eſt oppoſé à* cicur: *c'eſt une bête ſauvage.* PECUS *ſe dit de tous les animaux qu'on nourrit, qu'on fait paître.* ARMENTUM *ſe dit du gros bétail, comme bœufs, chameaux, mulets,* &c. GREX *ſignifie proprement troupe, bande: lorſqu'il n'eſt pas déterminé, il ſe prend pour menu bétail.* JUMENTUM, *de* juvare, *ſe dit proprement de tout ce qui nous aide, ſoit à traîner, ſoit à porter, ſoit à labourer la terre.*

Cùm equites noſtrum cornu circuire vellent, recipere me cœpi. Cic. Cæcina cùm circuiret prædium, venit in iſtum fundum. Cic. Animum circumdedit corpore Deus. Cic. Cæſar illis horribiles cuſtodias circumdat. Cic. *Au figuré:* Tu autem exiguis quibuſdam finibus totum oratoris munus circumdediſti. Cic. Terram ambit aer. Cic. Terram lunæ curſus proximè ambit. Cic. Oras ambiit auro. Virg. *C'eſt dans le même ſens qu'*ambire *ſignifie briguer: on entoure ceux dont on brigue les ſuffrages.* Populus facit eos à quibus eſt maximè ambitus. Cic. Comam lauro cingere. Hor. Corpore externo cingi. Cic. Hiſpano cingitur gladio. Liv. Cingitur & concluditur urbe portus. Cic. Sertis redimiri. Cic. Terra quaſi quibuſdam redimita & circumdata cingulis. Cic. Sepire muris urbem. C. Nep. Sex caſtellis caſtriſque maximis ſepſi. Cic. Natura oculos membranis tenuiſſimis veſtivit & ſepſit. Cic. *Au figuré:* Præſidiis philoſophiæ ſeptus. Cic. Animus comitatu virtutis ſeptus. Cic.

265. *Circulus, Orbis, Globus, Gyrus, Orbita, Rota, Spira.*

CIRCULUS, *cercle, de* circus. ORBIS, *rond.*

Digitized by Google

GLOBUS, *globe.* GYRUS, *tour en rond, de* γυρός. ORBITA, *orbite, orniere, d'*orbis. ROTA, *roue.* SPIRA, *tour, entortillement en ligne ſpirale.*

Circulos ſuos & orbes conficiunt celeritate mirabili ſtellæ. Cic. In circulis & in conviviis ſermo liberior. Cic. In orbem torquere. Cic. Immenſum ſpiris facientibus orbem. Ovid. Saltatorium orbem verſare. Cic. Cùm illi, orbe facto, ſeſe defenderent. Cæſ. Globus terræ. Cic. Ex ſolidis globus, ex planis autem circulus, aut orbis. Cic. In gyrum equum cogere. Cic. *Au figuré :* Simili gyro venient aliorum vices. Phed. Homines ſecundis rebus effrænatos in gyrum rationis & doctrinæ ducere. Cic. Orbita lunæ. Virg. Ut vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſes. Cic. Summæ curvatura rotæ. Ovid. Strepitus rotarum. Hor. Fortunæ rota. Cic. Spira *convient bien aux ſerpens.* Anguis ſe colligit in ſpiram. Virg. Ligantque ſpiris ingentibus ſerpentes. Virg.

Ut ſignarent aſtrorum orbes, varios in cœlo circulos Aſtronomi finxerunt, atque etiam orbitas, quamvis ſol & luna non prorsùs in eoſdem quotidiè gyros revolvi, ſed in ſpiram ferri videantur.

266. *Circus, Cavea, Conſeſſus, Scena, Theatrum.*

CIRCUS, *cirque, lieu ſpatieux, de* κίρκος. *C'eſt un cercle allongé, ainſi nommé, parce que les coureurs ou les chars qui diſputent le prix, le parcourent en tournant autour de la borne.* Capax populi circus. Ovid. Flaminius circus. Cic. Neſcis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuiſſe. Cic.

CAVEA, *amphithéatre, lieu qu'occupent les ſpectateurs, de* cavus. Quid clamores totâ caveâ in hoſpitis & amici mei Pacuvii fuerunt novâ fabulâ ? Cic.

CONSESSUS, *de* cum *&* *de* ſedere, *ſe dit d'un nombre de perſonnes quelconques, aſſiſes dans le même lieu.* Conſeſſus Curiæ. Cic. Conſeſſum caveæ clamoribus implet. Virg.

SCENA, *de* σκηνή, *tente : c'étoit proprement un lieu entouré de branches d'arbres, ſous leſquelles on étoit à l'ombre.* Tum ſilvis ſcena coruſcis deſuper, horrentique

Digitized by Google

ttrum nemus imminet umbrâ. Virg. *Anciennement on représentoit les pieces de théatre à l'ombre des arbres; c'eſt de-là que* ſcena *ſignifie la ſcene du théatre.* Stare in ſcenâ. Hor. Idque tùm in vitâ tùm in ſcenâ intelligi poteſt ex iis fratribus qui in Adelphis ſunt. Cic.

THEATRUM, *théatre*, *de* Θεάομαι, *lieu propre à donner des ſpectacles.* Spiſſa theatra viris. Hor. Paulùm ſeveræ Muſa tragœdiæ deſit theatris. Hor. *Au figuré:* Magnum theatrum habet iſta provincia. Cic. Nullum theatrum virtuti conſcientiâ majus eſt. Cic.

267. *Citra, Cis.*

CIS, CITRA, *en-deçà, avec cette différence que* Cis *ſe met ordinairement devant les noms propres de fleuves ou de montagnes.* Cis Rhodanum, cis Ligerim, cis Alpes. Cic. *Et* citra *ſe dit généralement de tout.* Qui ſunt citra Rhenum. Cæſ. Citra forum, citra templum. Cic. Natus citra mare. Hor. Citra, *au figuré, ſe prend pour* ſine. Citra æmulum aliquid facere. Quintil. Citra Senatûs populique auctoritatem. Suet.

268. *Citus, Celer, Præpes, Pernix, Properus, Velox, Levis, Rapidus.*

CITUS, *pouſſé vivement, de* ciere. CELER, *prompt.* PERNIX, *prompt dans ſon vol, & marque une habitude, de* per *&* nitì. PRÆPES *ſignifie la même choſe, mais il ne marque que l'action, de* πέτομαι *voler.* PROPERUS, *qui ſe hâte, qui ſe preſſe.* VELOX, *léger, qui paſſe vîte.* LEVIS, *léger, diſpos.* RAPIDUS, *rapide, véhément, de* rapere.

Solvite vela citi. Virg. Cita mors venit. Hor. Inceſſus modò citus, modò tardus. Sall. Celeremque fugâ prævertitur Hebrum. Virg. Oderunt ſedatum celeres. Hor. Animus celer. Virg. Lunæ celeres. Hor. Pedibus celerem, & pernicibus alis. Virg. Amata relinquere pernix. Hor. Avis præpes. Cic. Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo. Virg. Properam ancillam video venientem. Plaut. Curſus properus. Ovid. Nihil eſt annis velocius. Ovid. Pedites velociſſimi. Cæſ. Levis ſtipula. Virg. Pondus leve. Ovid. Levis armatura. Cic. *Au figuré:*

Digitized by Google

Homo levis. Cic. Spes levis. Hor. Rapidus amnis. Virg. Gurges rapidus. Liv. Venti rapidi. Virg. *Au figuré :* Nunquam orationem rapidam coerceas. Cic.

269. *Civis, Concivis, Municeps, Municipalis, Popularis.*

CIVIS, (quasi) coivis, *de* coire, *se dit de celui qui habite la même ville où la même patrie.* Colebatur à civibus, & ab omnibus advenis visebatur. Cic. Civis Atticus. Cic. Civis meus. Cic. Civis adscriptitius. Cic. CONCIVIS *est un mot barbare : les bons Auteurs ne disent jamais*, Concives mei, *mais* Cives mei.

MUNICEPS, *Bourgeois d'une ville municipale, qui a droit de bourgeoisie Romaine*, de munus capere. *Il y en avoit de deux sortes : les uns jouissoient de tous les privileges & des droits de Citoyens Romains, & étoient sujets aux Loix Romaines ; les autres suivoient leurs Loix particulieres, & avoient un certain droit honorifique.* Ego & illi, & omnibus municipibus, duas esse censeo patrias, unam naturæ, alteram civitatis. Cic. Mei municipes Arpinates. Cic. *Ciceron étoit d'Arpinum.*

MUNICIPALIS, *qui est d'une ville municipale, qui concerne les bourgeois des villes municipales.* Est ipse à genere municipalis honestissimi ac nobilissimi generis. Cic. Homines municipales. Cic.

POPULARIS, *du peuple, populaire, de la même nation*, de populus. Cœtus popularis. Cic. At hoc Anaximandro populari & sodali suo non persuasit. Cic. Imperium populare semper ventosum est. Cic. Nec quisquam malis artibus postea tàm popularis esset. Liv. Nihil popularius est, quàm quibus artibus petimus magistratus, iisdem gerere. Liv. Popularis conjurationis. Sall. *Complice.*

270. *Civitas, Urbs, Oppidum.*

CIVITAS, *désigne une totalité de Citoyens, qui fait un corps politique*, de coire. Cœtus hominum jure sociati, quæ civitates appellantur. Cic. URBS, *est la Ville & ses édifices.* Domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, mœnibus sepserunt. Cic. OPPIDUM, *est une place forte.* Oppidorum appellationem usurpatione

Digitized by Google

appellatam esse existimo, quòd opem darent. Cic. *Les Auteurs confondent assez souvent* Oppidum & Urbs, *excepté lorsqu'il s'agit de Rome, qui est toujours appellée* Urbs. Pharæ, quæ erat urbs Thessaliæ, in quo oppido, &c. Cic. *On voit que c'est la même ville.*

271. *Clàm, Occultè, Furtim, Obscurè, Secretò, Tacitè.*

CLAM, *à l'insu, de* clavis *ou de* claudere, *parce que l'on ferme ce que l'on veut cacher.* Clàm præceptore. Cic. Multa palàm domum suam auferebat; plura clàm de medio removebat. Cic. OCCULTÈ, *en cachette, loin des yeux, d'*oculus, (quasi) ab oculo. Pervenire occultè ad aliquem locum. Cic. Per istos, quæ volebat, in navem clàm imponenda, occultè exportanda curabat. Cic. FURTIM, *à la dérobée, de* fur. Furtìm tota Ægyptus Decemviris traditur. Cic. Facere aliquid furtìm. Cic. OBSCURÈ, *dans les ténebres.* Serpit obscurè hoc malum. Cic. Non agam obscurè. Cic. SECRETÒ, *à part*, seorsìm cernere. Secretò colloqui. Cic. Secretò hoc audi. Cic. Secretò ambulare. Senec. TACITÈ & Tacitò, *sans bruit.* Fugam tacitò molitur. Cic. Tacitè rogare. Cic. Habere aliquid tacitè. Liv.

Clàm agit, qui palàm non audet; occultè serpit, molitur, quem nemo detegit; furtìm adrepit, aufert, elabitur, qui reprehendi non vult; obscurè loquitur, aut machinatur, qui lucem adhuc metuit; secretò peragit, parat aut colloquitur, qui testes aut conscios fugit; tacitè quidpiam agit aut meditatur, cui strepitus aut verba noceant, aut displiceant.

272. *Clamare, Vociferari.*

CLAMARE, (quasi) Calamare, *de* calamus, *imiter le bruit des roseaux, agités par le vent.* Clamare *signifie parler à haute voix.* Ego quod facio, me omnium vestrùm causâ facere clamo, atque testor. Cic. VOCIFERARI, *pousser de grands cris dans la douleur & l'indignation, de* vocem ferre. Vociferari palàm, lacrymas interdùm vix tenere. Cic. Talia vociferans, gemitu tectum omne replebat. Virg.

Digitized by Google

273. *Clamator, Declamator, Rabula.*

CLAMATOR, *de* clamare, *crieur, criailleur.* Clamatores otiosi & molesti. Cic. Ut intelligi possit quem existimem clamatorem, quem oratorem fuisse. Cic.

DECLAMATOR, *déclamateur, qui s'exerce à la déclamation.* Non eum declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat. Cic. Non vobis videor cum aliquo declamatore disputare. Cic.

RABULA, *de* rabies, *un Avocat qui crie comme un enragé en plaidant, & qui ne dit rien qui vaille.* Rabulæ, qui & indocti planè, aut inurbani, aut rustici fuerunt. Cic. Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro quærimus. Cic.

274. *Classiarii, Classici.*

CLASSIARII, *Soldats de mer, de* classis. Classiarios convocat. C. Nep. Itemque per equites dispositos aquâ prohibere classiarios instituit. Cæs. CLASSICI, *les Matelots.* Tandem remis pertinaciùs everberatum mare, veluti eripientibus navigia classicis, cessit. Q. Curt.

275. *Claudere, Obturare, Obstruere, Oppilare, Obserare, Obsepire.*

CLAUDERE, *boucher, fermer, de* clavis. Fores cubiculi claudere. Cic. Transitum claudere. Liv. Nullius domus clausa contrà tuam cupiditatem potest esse. Cic. *Au figuré:* Numeris claudere sententias. Cic.

OBTURARE, *bondonner, tamponner.* Obturem patulas impunè legentibus aures. Hor.

OBSTRUERE, *bâtir devant, d'*ob, *&* de strues, *monceau.* Luminibus alicujus obstruere. Cic. *Bâtir devant la maison de son voisin, lui boucher la vue.* Obstruere *se prend pour fermer.* Qui iter Pœnis vel corporibus suis obstruere voluerunt. Cic.

OPPILARE, *oppoſer une digue, d'*ob, *&* de pila, *mole, digue.* Nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ conjecisset, hisque oppilatis impetum tuum compressisset. Cic. Fluctibus adversis oppilare ostia contra. Lucret.

OBSERARE, *fermer avec une ſerrure, d'*ob *&* de sera,

Digitized by Google

Abi, atque ostium obsera intùs. Tet. Ædificia obserata. Liv. *Au figuré :* Obseratis auribus preces fundere. Hor.

OBSEPIRE, *fermer d'une haie, de* sepes *&* ob, *mettre une haie devant.* Obsepire alicui viam. Cic. *Au figuré :* Obsepire alicui iter ad honores. Liv.

276. *Claudicare, Titubare, Vacillare.*

CLAUDICARE, *de* claudus, *boiter.* TITUBARE, *chanceler :* Titubare *regarde particuliérement les pieds, le pas.* VACILLARE, (quasi) bacillare, *de* bacillus, *par rapport à tout le corps.*

Carvilio graviter claudicanti ex vulnere. Cic. Titubans annis meroque. Ovid. Ille mero somnoque gravis titubare videtur. Ovid. Curio in utramque partem toto corpore vacillans. Cic. *Au figuré :* Si ex altera parte claudicet Respublica. Cic. Si quid in oratione claudicet. Cic. Mente & linguâ titubante. Cic. Testes, si verbo titubarint, quò revertantur, non habebunt. Cic. Vacillare videtur stabilitas amicitiæ. Cic. Epistola scripta vacillantibus litterulis. Cic.

277. *Clavis, Claustrum.*

CLAVIS, *clef, de* κλείω, *fermer à clef.* Claves portarum cùm Magistratus poposcisset. Liv. Cæcuba centum servata clavibus. Hor. CLAUSTRUM, *barre, clôture, de* claudere. Infringi fores, revelli claustra. Cic. Iis claustra locî committenda non existimavit. Cic. Regni claustra. Liv. Laxat claustra Sinon. Virg. Etruriæ claustra. Liv.

278. *Clemens, Mitis, Dulcis, Lenis, Suavis, Comis, Humanus, Blandus, Facilis, Mansuetus, Misericors, Placidus, Indulgens.*

CLEMENS *est un homme qui ne se fâche point, qui possede son ame en paix.* MITIS *se dit proprement du fruit mûr.* DULCIS *se dit du goût.* LENIS *se dit du toucher, de* λπος. lana. SUAVIS *convient à l'odorat.* COMIS, *poli, civil.* HUMANUS, *qui a de*

Digitized by Google

l'humanité, *d'homo.* BLANDUS, *insinuant*, *charmant*; FACILIS, *facile*, *qui accorde aisément*, *de* facere. MANSUETUS, *doux*, *traitable*, (quasi) manu assuetus. MISERICORS *est un homme qui prend part à la misère des autres*, *de* cor & *de* miser. PLACIDUS, *paisible*, *de* placare. INDULGENS *est un homme indulgent*, *qui ne refuse rien.*

Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdùm soleo subirasci. Cic. Castigatio clemens. Cic. Clementia est, per quam animi temerè in odium alicujus concitati comitate retinentur. Cic. Vindemia mitis. Virg. *Au figuré:* Thucydides, si posteriùs fuisset, multò maturior fuisset, ac mitior. Cic. Patientia mitiorem dolorem facit. Cic. Dulcior melle. Ovid. Mustum dulce. Virg. *Au figuré*: Dulcissima epistola. Cic. Dulcis inexpertis cultura potentis amici, expertus metuit. Hor. Lenis *est opposé à* asper. Lene & asperum. Cic. *Au figuré:* Habe animum lenem. Ter. Homines à naturâ & consuetudine & disciplinâ leniissimi. Cic. Lene tormentum. Hor. Aura lenis. Ovid. Consilium lene. Hor. Odor suavis & jucundus. Cic. *Au figuré:* Suavis homo. Ter. Suavis consuetudo. Cic. Comis & humanus ergà alios. Cic. Comis in uxorem. Hor. Comes, benigni, faciles, suaves homines. Cic. Homo facillimus atque humanissimus. Cic. Humanius nihil fieri potest. Cic. Ut pueris dant crustula blandi doctores. Hor. Blandus *se dit en mauvaise part.* Secerni blandus amicus à vero non potest. Cic. Blandæ mendacia linguæ. Ovid. Si faciles nos habuerint ad concedendum. Cic. Antonius facilis in causis recipiendis erat. Cic. Facilis pater. Cic. Mansuetus civis. Cic. Quæro cur tam subitò mansuetus in Senatu fuerit, cùm in edictis tam fuisset ferus. Cic. Misericordia ægritudo est ex alterius rebus adversis. Cic. Cùm hi quibus ignovisti, nolint te in alios esse misericordem. Cic. Placida quietaque constantia. Cic. Cùm fervet maximè, tam placidum ut ovem reddo. Ter. Aliquem iratum, placidum ac mollem reddere. Cic. Placida ac lenis senectus. Cic. Somnus Deorum placidissimus. Ovid. Placidus *se manifeste particuliérement à l'extérieur*,

Digitized by Google

Obſequium multò moleſtius, quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri ſinit. Cic. Pater nimis indulgens quidquid ego aſtrinxi relaxat. Cic.

On peut oppoſer à clemens, iracundus, ultionis & vindictæ cupidus : *à* mitis, acerbus : *à* lenis, aſper ; *au figuré*, crudelis : *à* ſuavis, graveolens ; *au figuré*, tetricus : *à* comis, trux & agreſtis : *à* humanus, immanis : *à* blandus, moleſtus, contumelioſus : *à* dulcis, amarus ; *au figuré*, injucundus, inviſus : *à* facilis, difficilis : *à* manſuetus, ferus : *à* placidus, agitatus, pròcelloſus ; *& dans un autre ſens*, adverſus, infeſtus, *parce que* placidus *ſignifie auſſi favorable.* Adſis ô, placiduſque juves. Virg. *On oppoſe* indulgens *à* ſeverus.

279. *Clientela*, *Tutela.*

CLIENTELA *ſe dit des cliens, & de la protection qu'on leur donne, de* colere. Thais patri ſe commendavit in clientelam & fidem. Ter. Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honeſtam judicem. Cic.

TUTELA, *défenſe, tutele des enfans mineurs, de* tueri. Ut enim tutela, ſic procuratio Reipublicæ, ad eorum utilitatem qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt, gerenda eſt. Cic. Jura tutelarum. Cic. Latere in tutelâ ac præſidio alicujus. Cic. Rerum tutela mearum cùm ſis. Hor.

280. *Clitellæ*, *Ephippia.*

CLITELLÆ, *bât de bête de ſomme, de* κλίτος. *pente, parce que les côtés du bât ſont en pente.* Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt. Hor. Clitellæ bovi ſunt impoſitæ : non eſt noſtrum onus, ſed feramus. Cic. *C'eſt un bât ſur un bœuf : ce fardeau ne nous convient point, mais nous le porterons.* EPHIPPIA, *ſelle, harnois de cheval, d'* ἐπὶ *&* ἵππος. Optat ephippia bos, optat arare caballus. Hor. *Chacun veut changer de condition.*

Digitized by Google

281. *Clypeus, Parma, Scutum, Ancile, Umbo, Pelta.*

CLYPEUS, *bouclier, de* γλάφω *&* γλύφω. *creuſer, graver.* Scutis continebantur imagines, undè & nomen habuêre clypeorum. Plin. Clypeus *étoit le bouclier rond, comme on le voit par la comparaiſon de Virgile.* Argolici clypei, aut Phœbeæ lampadis inſtar.

PARMA *étoit auſſi le bouclier rond, mais plus petit; il ſervoit à l'infanterie & à la cavalerie.* Enſe levis nudo, parmâque inglorius albâ. Virg. Quem cuſpide, parmâque innixum, attollentem ſe à gravi caſu Manlius ab jugulo, ita ut per coſtas ferrum emineret, terræ affixit. Liv.

SCUTUM, *étoit le bouclier long, de* σκυτός, *peau, cuir: il couvroit tout le corps.* Scutis protecti corpora longis. Virg. Scutum pro clypeo ſecundæ claſſi datum eſt, quòd ſine loricâ eſſent, ut ſcutum & clypei & loricæ loco eſſet, & totum corpus protegeret. Liv. *C'eſt ſans fondement que Servius dit que* clypeus *étoit pour l'infanterie, &* ſcutum *pour la cavalerie.*

ANCILE, *bouclier, d'*ancidere, *pour* circumcidere, *d'*ἀμφὶ *parce qu'il étoit échancré des deux côtés. On prétendoit que ce bouclier étoit tombé du ciel ſous Numa.* Ecce levi ſcutum verſatum leniter aurâ decidit; à populo clamor ad aſtra venit: idque ancile vocat, quod ab omni parte reciſum eſt. Ovid. Lapſa ancilia cœlo. Virg.

UMBO *eſt proprement la boſſe du bouclier.* Aſſurgentem ibi Regem umbone reſupinat. Liv. Et ſummo clypei nequicquàm umbone pependit (telum). Virg.

PELTA, *bouclier en croiſſant, de* πέλτη. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Virg. Pelta *étoit plus petit que* Parma.

282. *Cochlea, Concha.*

COCHLEA, *poiſſon dont la coquille eſt d'une piece, comme le limaçon.* Iſte tamen cochlea abſcondens, & retentans ſeſe tacitus, quò ſit tutus, comeditur. Cic. CONCHA, *poiſſon dont la coquille eſt de deux moitiés, comme l'huitre.* Oſtreaque in conchis tuta fuêre ſuis. Ovid. Piſciculi in concham hiantem innatant. Cic.

Digitized by Google

283. *Codicilli, Litteræ.*

CODICILLI, *diminutif de* codex, *codicile, mémoire. Paul Manuce nous a donné la différence de* codicilli, *& de* litteræ *ou* epistola. Litteræ erant, quæ in chartâ scriptæ fuerant; codicilli tabulæ ceratæ, in quibus aliquid brevitatis vel festinationis causâ exarabatur. Exarare in codicillis exemplum epistolæ. Cic. Epistolam sanè convicio efflagitârunt codicilli tui. Cic.

284. *Cœlestis, Divinus.*

CŒLESTIS, *qui est du ciel, qui vient du ciel.* DIVINUS, *qui est de Dieu, qui regarde Dieu.* Cœlestis ira. Liv. Cœlestes illæ, divinæque legiones. Cic. Prodigia cœlestia. Virg. Rem divinam facere. Ter. Ludit in humanis divina potentia rebus. Ovid. Animos hominum esse divinos. Cic.

285. *Cœna, Prandium, Comessatio, Cœna munda, Cœna lauta.*

CŒNA *étoit le repas du soir, de* κοινος, *commun, parce qu'on prenoit ce repas en commun.* Socratem ferunt, cùm usque ad vesperum contentiùs ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse se, quò meliùs cœnaret, obsonare ambulando famem. Cic. Cœnato mihi & jam dormitanti. Cic.

PRANDIUM *est ce que nous appellons le dîner,* (quasi) παρὰ ἔνδιον, meridianum. Epulas trifariàm semper, interdùm quadrifariàm dispertiebat, in jentacula, in prandia, & cœnas, comessationesque. Sueton. Prandere *se prend aussi pour prendre de la nourriture.* Tesseram vesperi per castra dedit, ut ante lucem viri equique curati & pransi essent. Liv.

COMESSATIO *est ce que les Grecs appelloient* κωμάζειν, *aller visiter le Dieu Comus, le Dieu des festins.* Comessatio *étoit une débauche; lorsqu'après avoir soupé chez soi, on alloit ailleurs recommencer à boire.* Ad mediam noctem comessationes cum aliis extendere. Sueton. Convivatur non ultrà solis occasum, nec ut posteà comissaretur. Suet. Nos Pamphilam comissatum introducamus. Ter.

Digitized by Google

CŒNA MUNDA *eſt un repas ſimple & propre.* Plerumquè gratæ divitibus vices, mundæque cœnæ parvo ſub lare pauperum. Hor. CŒNA LAUTA *eſt un repas ſplendide & élégant.* Cœna magnifica & lauta. Cic.

286. *Cœnum, Lutum, Limus.*

CŒNUM, *bourbier, lieu plein de fange, de* κένος, *impur.* Stoici dicunt omnes ſtultos infanire, ut malè olere omne cœnum. Cic. Cœno cupiens evellere plantam. Hor. LUTUM, *de la terre détrempée, de* λύω. ſolvo. In Narnienſi agro ſiccitate lutum fieri, imbre pulverem. Cic. Fictus ex argillâ & luto homunculus. Cic. LIMUS, *limon, boue claire, qui ſe forme au fond de l'eau.* Sive gravis veteri crateræ limus adhæſit. Hor. Niger limus. Virg.

287. *Cognitor, Procurator, Quæſitor, Curator.*

COGNITOR, *de* cognoſcere, *ſelon Budée, eſt proprement le procureur d'une partie préſente.* Sthenius invenire neminem Siculum potuit, qui pro ſe cognitor fieret. Cic. *Sthenius étoit ſur les lieux. Il ſe prend plus généralement:* Me cognitorem juris ſui, me actorem cauſæ eſſe voluerunt. Cic. *Cicéron dit des Citoyens qui alloient en pays étranger:* Neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt. Cognitor, *dans cet endroit, eſt un homme qui connoiſſant le Citoyen, certifie qu'il a cette qualité, & en répond. Et dans un autre endroit:* Civem Romanum, qui cognitores homines honeſtos daret, ſublatum eſſe in crucem.

PROCURATOR *eſt le procureur d'une partie abſente,* de pro *&* de curare. Qui legitimè procurator dicitur, qui alieni negotii aliquid gerit, alieno præpoſitus negotio, penè dominus, & alieni juris vicarius. Cic.

QUÆSITOR, *de* quærere, *Juge criminel qui met à la queſtion, ou ſimplement qui informe.* Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cujuſque, regit quæſitor. Cic. Hunc quæſitorem & judicem fugiebant. Cic. Vitaſque & crimina diſcit quæſitor Minos. Virg.

CURATOR *eſt plus relevé que* Procurator: *c'eſt un homme chargé d'un emploi public, ou même des intérêts*

Digitized by Google

de l'État. Quod ad Rempublicam vestram spectat; cujus curator hùc missus es. Sall.

288. *Cohibere, Continere, Coercere, Comprimere; Frænare, Compescere, Inhibere.*

COHIBERE, *retenir*, *de* cum & *de* habere. CONTINERE, *contenir, embrasser*, *de* cum & *de* tenere. COERCERE, *arrêter*, *de* cum & *d'*arcere. COMPRIMERE, *serrer ensemble*, *de* cum & *de* premere. FRÆNARE, *mettre un frein à un cheval.* COMPESCERE, *selon Festus, est proprement retenir dans les mêmes pâturages*, *de* cum & *de* pascere : *il n'est usité qu'au figuré.*

Crinem cohibere nodo. Hor. Cohibere manum, animum, oculos ab alienis. Cic. Cohibere à lapsu. Cic. Leges cohibent pugnare. Cic. Mundus omnia suo complexu continet. Cic. Exercitum castris continuit. Cæs. Clausa domo teneor, gravibusque coercita vinclis. Ovid. Vi oppressos imperio coercere. Cic. Aliquid morsu comprimere. Cic. Instructus, frænatusque equus. Liv. *Au figuré* : Assensionem cohibere à rebus incertis. Cic. Tacitum continere gaudium. Liv. Continere se ab assentiendo. Cic. Temeritatem coercere. Cic. Famam captæ urbis comprimere. Liv. Frænare voluptates. Liv. Cùm ejus animum conscientia sceleris frænaret. Cic. Hunc frænis, hunc tu compesce catenâ. Hor. Risum compescere. Hor.

Cupiditates vel mediocres cohibe; eruptúras contine; obluctantes coerce; liberiores comprime; indociles fræna; excurrentes compesce.

INHIBERE *est un terme de marine. Ciceron avoue à son ami qu'il n'en connoissoit la force que depuis un jour : il avoit cru qu'*inhibere remos *étoit la même chose que* sustinere; *au lieu que c'est* alio modo remigare, *ramer d'une autre maniere.* Inhibere *se prend dans un autre sens; c'est, dit Valla*, præcipere, ne pergas, aut ut ab incœpto desistas. Parcite, jam Rutuli, & tela inhibete Latini. Virg. Sponte suâ properant; labor est inhibere volantes. Ovid. *parlant des chevaux du soleil.*

Digitized by Google

289. *Colere, Observare, Adorare, Venerari, Revereri, Honorare.*

COLERE *signifie proprement cultiver.* Colere terram. Cic. *Au figuré:* Ingenuas pectus coluisse per artes cura sit. Ovid. Colere, *dans le sens figuré, est souvent mis pour honorer.* Deum maximè Mercurium colunt. Cic. Poetarum nomen, & Deorum delubra colere. Cic.

OBSERVARE, *regarder quelqu'un ou par curiosité ou par respect, d'ob & de* servare. Observa filium, quid agat. Ter. Regem non sic Ægyptus observat. Virg. Perofficiosè & peramanter observare aliquem. Cic.

ADORARE *signifie deux choses, ou prier, ou saluer; comme on saluoit les Dieux en portant la main à la bouche,* ad os. Hâc prece adoravi Superos. Ovid. Romanus Dictator cùm hostiâ cæsâ pacem Deûm adorasset. Liv. Elephanti Regem adorant, genua submittunt. Plin.

VENERARI, *invoquer,* veniam orare. Deos augustè omnes, sanctèque veneramur. Cic. Venerari aliquem ut Deum. Cic. Dii quos colere, precari, venerari solemus. Cic.

REVERERI *est l'effet d'une crainte respectueuse, de* re *&* vereri. Difficile est virtutem revereri, qui semper secundâ fortunâ sit usus. Cic. Observantia, per quam ætate, aut sapientiâ, aut honore, aut aliquâ dignitate antecedentes reveremur & colimus. Cic.

HONORARE, *d'*honor, *honorer.* Amphiaraum sic honoravit fama Græciæ, Deus ut haberetur. Cic. Nemo tùm virtutem non honorabat. Cic. Me non solùm meis laudibus ornat, sed etiam honorat alienis. Cic.

Deum solum adoramus & veneramur; Deum & homines colimus; Regem observant subditi; magnos viros reveremur, & laudibus honoramus.

290. *Collis, Clivus, Mons, Tumulus, Jugum.*

COLLIS, *colline, côteau, éminence.* Quos ego campos anteà, collesque nitidissimos, viridissimosque vidissem. Cic. Exercent vomere colles. Virg. CLIVUS

Digitized by Google

eſt la pente d'une colline, de κλίνω. *pencher.* Deſcendere per clivum. Ovid. Quâ ſe ſubducere colles incipiunt, mollique jugum demittere clivo. Virg. MONS, *montagne, grand amas.* Altitudo montium. Cic. Præruptus aquæ mons. Virg. Montes auri. Ter. TUMULUS, *hauteur, de* tumere. Tumulus terræus. Cæſ. Eſt urbe egreſſis tumulus. Virg. JUGUM *eſt le ſommet d'une montagne. Comme* jugum *ſe met ſur la tête des bœufs, il a ſignifié le haut d'une montagne.* Dùm juga montis aper, fluvios dùm piſcis amabit. Virg. *Au figuré, Joug.* Eripe turpi colla jugo. Hor. Grave ſervitutis jugum. Cic.

291. *Collum, Cervix.*

COLLUM, *le col, de* κολλάω, jungo, glutino; *parce que le cou joint la tête au tronc.* Collum procerum & tenue. Cic. Collum in laqueum inſerenti ſubvenire. Cic. CERVIX *eſt le chignon du cou.* Impendet cervici gladius. Cic. Natæ ad jugum boûm cervices. Cic. *Au figuré:* Suſtinere collo & cervicibus pœnam avaritiæ. Cic. Suſtinere Rempublicam cervicibus ſuis. Cic.

292. *Coloniæ Romanæ, Coloniæ Latinæ.*

COLONIA, *de* colere. *On appelloit Colonie, une troupe de gens envoyée pour peupler un pays.* Cum Triumvir coloniam deduxiſſet. Cic. Deducere novas colonias, renovare veteres. Cic. *On en diſtinguoit de deux ſortes,* Romanæ & Latinæ; *elles étoient l'une & l'autre compoſées de Citoyens Romains.* Romanæ Coloniæ *étoient celles qui conſervoient leurs droits de Citoyens Romains; elles avoient droit de ſuffrages.* Videtur in ſuffragiis multùm poſſe Gallia, *dit Ciceron, parlant des Colonies Romaines.* Coloniæ Latinæ *jouiſſoient des droits du Latium, qui étoient moindres que ceux dont jouiſſoient les Citoyens Romains. Auſſi Ciceron dit, plaidant pour Balbus,* multos ex Coloniis Latinis cives eſſe factos.

293. *Color, Pigmentum, Fucus.*

COLOR *ſe dit des couleurs naturelles.* Color verus,

Digitized by Google

corpus solidum & succi plenum. Ter. Bonitas coloris. Cic. Incertus vultus, crebra coloris mutatio. Cic. *Au figuré:* Urbanitatis color. Cic. Descriptas servare vices, operumque colores. Hor.

PIGMENTUM, *couleur à peindre*, *de* pingere. Aspersa temerè pigmenta in tabulâ oris lineamenta efficere possunt. Cic. *Au figuré:* Sententiæ veræ sine pigmentis, fucoque puerili. Cic. Orationis pigmenta. Cic.

FUCUS, *sorte de plante dont on se servoit pour teindre en pourpre, du fard.* Vetulæ vitia corporis fuco occultant. Plaut. Color non sanguine diffusus, sed fuco illitus. Cic. *Au figuré:* Sine fuco & fallaciis. Cic. In his omnibus inest quidam sine ullo fuco veritatis color. Cic.

294. *Colorare, Tingere.*

COLORARE, *donner de la couleur*, *de* color. Arcus ipse ex nubibus efficitur quodammodo coloratus. Cic. Indi colorati. Ovid. Cùm in sole ambulem, fit naturâ ut colorer. Cic. *Au figuré:* Animum colorare. Senec.

TINGERE, *teindre en dedans comme en dehors*, *tremper.* Tunica sanguine Centauri tincta. Cic. Poculis tingere aliquem. Hor. Corpus tingere sparsâ aquâ. Ovid. *Au figuré:* Tinctus litteris. Cic. Tinctus arte, elegantiâ. Cic.

295. *Columna, Pila, Columen.*

COLUMNA, *colonne*, *de* culmus. Marmoreæ columnæ. Cic. PILA *est un pilier, un pilastre, un môle, une digue contre l'impétuosité des eaux, composée de ciment, de pierres ou de brique.* Qualis in Euboico Bajarum littore quondam saxea pila cadit. Virg. Columna *est pour l'ornement, ou pour soutenir l'édifice.* Columnæ & templa & porticus sustinent. Cic. Vastis innixa columnis templa. Ovid. Nulla columna meos habeat neque pila libellos. Hor. COLUMEN, *de* culmus, *est proprement une piece de bois, qui pose à plomb, & qui soutient l'édifice d'une maison: il ne se dit gueres qu'au figuré.* Timarchides columen familiæ vestræ. Cic. Rerum mearum columen cùm sis. Hor. Columen Reipublicæ. Cic.

Digitized by Google

296. *Coma, Capillus, Crinis, Cæsaries, Cincinnus.*

COMA, *de* κομή, *est la chevelure plus ou moins arrangée.* Calamistrata coma. Cic. Processit madenti comâ. Cic.

CAPILLUS, (quasi) capitis pilus, *se dit en général des cheveux.* Lenit albescens animos capillus. Hor. Promissus capillus. Liv. Intonsi capilli. Hor.

CRINIS, *cheveux longs, de* κρίνω discerno, *parce qu'ils sont distincts & séparés respectivement.* Crinis, *selon Nonius, ne se dit que des cheveux des femmes, ou par mépris.* Serus adulteros crines pulvere collines. Hor. Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Cic. *Horace a cependant dit:* Nigro crine decorus.

CÆSARIES, *selon Servius, se dit particuliérement de la chevelure des hommes, de* cædere, *parce qu'on ne coupe pas la chevelure des femmes.* Cæsaries *est une longue chevelure.* Pectere cæsariem. Hor. Promissa cæsaries. Liv. Vide cæsaries quàm decet. Plaut.

CINCINNUS, *est une boucle de cheveux, de* κίκιννος. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Cic. *Au figuré:* Cincinni oratorii. Cic. *Ornemens recherchés.*

297. *Comes, Socius, Sodalis.*

COMES, *est proprement un compagnon de voyage; de* cum & d'ire. SOCIUS, *un compagnon de fortune.* SODALIS, *un compagnon de plaisirs, de* sedere.

Nec tamen illi tu comes exterior, si postulet, ire recusses. Hor. Ipse comes Niso graditur. Virg. Periculorum socius. Cic. Cujus fugientis comes, Rempublicam recuperantis socius esse debeo. Cic. Culpæ socius. Cic. Hoc importunissimo tùm honoris, tùm etiam calamitatis socio atque comite. Cic. Epulabar cum sodalibus omninò modicè. Cic. Plancus in petitione habuit multos cupidos sui, & gratiosos, quos si tu sodales vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. Cic.

Digitized by Google

298. *Comitia, Concilium, Concio, Cœtus, Conventus.*

COMITIA, (quasi) coitia, *de* cum ire, *comices, assemblée pour l'élection des magistrats, ou pour établir des loix.* Expectabant quàm mox Consulibus creandis comitia edicerentur. Liv. Legem comitiis centuriatis esse perlatam. Cic.

CONCILIUM *est l'assemblée d'un peuple pour délibérer.* Concilium populi datur à magistratibus. Liv. Concilium *se dit particuliérement de l'assemblée des Grands & des Dieux.* Concilium Deorum. Cic. Concilium Ducum. Cic. Patrum sanctum concilium. Hor.

CONCIO, *est une assemblée du peuple ou de soldats, de* cum *&* ciere. Concio quæ ex imperitissimis constat. Cic. Vocatâ concione, virtutem militum laudibus cumulat. Tacit. *La différence de* Concio *&* Concilium *est bien marquée dans Tite-Live. L'Auteur, après une assemblée de soldats, qui fut suivie d'un conseil de guerre, s'exprime ainsi:* Dimissâ concione, concilium habitum. *Cependant* Concio *se dit aussi d'une assemblée respectable.* Principum conciones. Cic. Concio *se dit aussi d'un discours fait au peuple & aux soldats:* Horribilis concio Apronii. Cic. *Et pour le lieu même, d'où l'on harangue:* Ascendi in concionem, concursus est populi factus. Cic.

CŒTUS, *assemblée, de* cum *&* ire. Cœtus *se prend en bonne & en mauvaise part.* Cœtus matronarum. Cic. Cœtus nefarii. Cic.

CONVENTUS *se dit de personnes assemblées en un lieu, de* cum *&* venire. Syracusani festos dies agunt celeberrimo virorum & mulierum conventu. Cic. Domus erat non meretricio conventu, sed prætoriâ turbâ referta. Cic.

Comitia sunt liberorum civium, ut magistratus eligantur, aut lex aliqua sanciatur. Concilium est principum, ut aliquid decernatur. Concio plebis aut militum, ut audiatur oratio. Cœtus est paucorum aut plurium ad negotium quodlibet, aut etiam ad oblectationem. Conventus fit aut statis aut indictis diebus, sive ad festum celebrandum, sive ad mercaturam,

Digitized by Google

sive ad audiendum Prætorem jus in suâ provinciâ dicentem.

299. *Commeare, Migrare, Remigrare, Emigrare; Immigrare.*

COMMEARE, *aller, venir, voyager, de* cum *&* *de* meare. Ultrò citròque commeant. Liv. Ab ortu ad occasum commeat sol. Cic. Te illam navem parare, quæ ad ea furta quæ reliquisses, commearet. Cic.

MIGRARE, *changer de demeure.* Migrare domo. Cic. Migratum est Romam. Liv. *Au figuré:* Voluptas migravit ab aure. Hor. REMIGRARE, *retourner dans sa premiere demeure, de* re *&* *de* migrare. In nostram domum remigremus. Cic. Remigrare in domum veterem de novâ. Cic. *Au figuré:* Itaque ei ne integrum quidem erat, ut ad justitiam remigraret. Cic. EMIGRARE, *relativement au lieu d'où l'on sort;* IMMIGRARE *se dit de celui où l'on va.* Emigrare domo. Cic. Emigrare è vitâ. Cic. In suas ædes immigrare. Cic. In hortos paternos immigrabit. Cic.

300. *Commemoratio, Mentio, Usurpatio.*

COMMEMORATIO, *l'action de parler d'une chose passée ou connue.* Nam istæc commemoratio quasi exprobratio est immemoris beneficii. Ter. Antiquitatis commemoratio. Cic. In assiduâ commemoratione omnibus esse. Cic. Commemoratio hujus rei magnam mihi lætitiam attulit. Cic.

MENTIO, *mention, mémoire, de* mentum, *supin de* meno, *inusité, rappeller.* Facere mentionem de pecuniâ. Cic. Casu in eorum mentionem incidi. Cic. Multos rerum à se gestarum ita commemoratio delectat, ut vix alienæ virtutis mentionem ullam fieri patiantur. Cic.

USURPATIO, *est l'action d'user ou de s'emparer d'une chose, soit qu'elle nous appartienne, ou non.* Usurpatione vocis abstinere. Liv. Civitatem Romanam usurpantes securi percussit. Sueton. Non ut aliquid ex hujus bonis usurparet, sed ut, *&c.* Cic.

Digitized by Google

301. *Comminiſci, Commentari, Meditari, Cogitare.*

COMMINISCI, *controuver, inventer, de* cum *& de* mens. Nihil adversùs tale machinationis genus parare, aut comminiſci oppidani conabantur. Liv. Veriſimile non eſt tantum ſcelus Marcum Cottam eſſe commentum. Cic.

COMMENTARI, *travailler d'eſprit à faire quelque choſe, faire un plan, un ouvrage.* MEDITARI, *de* μελέω, *ou* μέδω. curam gero, *méditer, projetter, préparer dans ſon eſprit ce que l'on doit dire ou faire.* Ut antè commentemur inter nos quâ ratione nobis traducendum ſit hoc tempus. Cic. Orationem commentari. Cic. Cum litteratis commentari. Cic. Meditari exilium. Cic. Ex ejus nuncio meditabar quomodò cum illo loquerer. Cic.

COGITARE, *penſer, agiter dans ſon imagination*; *de* cum *& d'*agitare. Cogitare à cogendo dictum, *dit Varron*, mens plura in unum cogit, undè deligere poſſit. Quantò magis magiſque cogito. Ter. Toto animo de aliquo cogitare. Cic. De te dies noctesque cogitans. Cic.

302. *Commiſſio, Commiſſura, Compages.*

COMMISSIO, *l'action de livrer un combat, d'ouvrir des jeux, de mettre aux priſes, de* cum *& de* mittere. Ab ipsâ commiſſione ludorum. Cic. COMMISSURA, *jointure, emboîtement.* Digitorum commiſſuræ. Cic. Quid dicam de oſſibus quæ mirabiles commiſſuras habent? Cic. COMPAGES, *aſſemblage de pluſieurs parties en un tout, de* cum *& de* pangere. Efficiens humilem lapidum compagibus arcum. Virg. Dùm ſumus in his incluſi compagibus. Cic.

303. *Commodare, Mutuum dare.*

COMMODARE, *prêter ce qui doit être rendu tel qu'on l'a prêté, ou dans la même nature.* Commodare ædes. Cic. Commodaſti publici tritici ſexaginta millia modiûm. Cic. Commodare *ſignifie auſſi obliger, faire*

Digitized by Google

un plaisir. Peto igitur abs te, ut omnibus rebus, quod sine molestiâ tuâ facere possis, ei commodes. Cic.

MUTUUM DARE, *ne se dit que des choses qui doivent être rendues dans la même nature.* Dare pecuniam mutuam. Cic. Mutuum dare frumentum. Cic. *On ne diroit pas bien :* Mutuas dare ædes. *Il faut observer que les bons Auteurs n'ont point dit,* Mutuò dare, mutuò accipere, mutuò sumere, *pour dire, Prêter, emprunter ; mais,* Mutuum dare. *Ciceron a bien dit* mutuò facere, *mais dans un autre sens :* Te ut diligas me, si mutuò me facturum putas, rogo.

304. *Commoditas, Commodum, Emolumentum, Utilitas.*

COMMODITAS, *commodité, aisance, facilité.* Vitæ commoditas jucunditasque. Cic. Externæ commoditates. Cic. Quæ commoditates ex eâ re sint, vide. Ter. COMMODUM, *avantage.* Valetudinis commodum. Cic. Ex incommodis alterius sua comparare commoda. Ter. Multa ferunt anni venientes commoda secum. Hor. Suum cuique incommodum ferendum est potiùs, quàm de alterius commodis detrahendum. Cic.

EMOLUMENTUM *est proprement le profit que l'on retire d'un moulin, de* mola. Emolumentum *se dit de toute sorte de profit.* Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem. Cic. Plus in ipsâ injuriâ detrimenti est, quàm in his rebus emolumenti, quæ injuriâ pariuntur. Cic.

UTILITAS, *utilité, d'*uti. Natura consultrix & provida utilitatum omnium. Cic. Quærere utilitatem in re aliquâ. Cic. Non abhorret ab utilitate auditorum hæc mea oratio. Cic.

305. *Commodus, Opportunus, Utilis, Aptus, Idoneus, Habilis, Conveniens, Appositus, Consentaneus.*

COMMODUS, *est un homme qui se plie à l'humeur des autres, de* modus. Atque hoc quidem videre licet eos qui anteà commodis fuerunt moribus, imperio, potestate, prosperis rebus immutari. Cic. *Au figuré :* Commodum anni tempus. Cic. Hanc sibi commodissimam belli rationem judicavit. Cæs. Commodus *se prend encore dans un autre sens.* Commoda oratio. Cic. *Joli discours, est moins que* pulchra. Commodè dicere. Cic. *Parler assez bien.*

Digitized by Google

OPPORTUNUS, *qui vient à propos, à point, d'*ob *&* *de* portus. Urbs portu opportunissima. Cic. Tempus opportunum. Cic. Opportunus hosti. Sall.

UTILIS, *utile, avantageux, d'*uti. Cibus utilis ægro. Ovid. Res utiles & salutares. Cic. Miscere utile dulci. Hor. Nunquam est utile peccare, quia semper est turpe. Cic. Pomis utilis arbos. Virg.

APTUS, *juste, qui quadre, d'*ἅπτειν, *attacher.* In vitâ omnia sint inter se apta & convenientia. Cic. Apta compositio membrorum. Cic. Palus remis apta. Hor. Cœlum stellis ardentibus aptum. Virg. *Inversion pour* cœlum, cui aptæ sunt stellæ, (*c. à d.*) *attachées.*

IDONEUS, *propre à.* Idoneis verbis consuescere. Cic. Idoneus locus. Cic. Pugnæ non satis idoneus. Hor. Et sæpè idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum. Cic.

HABILIS, *qui va bien à la personne ou à la chose, d'*habere. Navis velis habilis. Tacit. Calcei habiles & apti ad pedem. Cic. Namque humeris de more habilem suspenderat arcum. Virg. Habilis gladius ad propiorem pugnam. Liv. Vigor habilis membris. Virg.

CONVENIENS, *qui convient, qui s'accorde, de* cum *&* *de* venire. Aptum & inter se convenientes. Cic. Sibi convenientia finge. Hor. Benè convenientes amici. Cic.

APPOSITUS, *bien placé, d'*ad *&* *de* ponere. Appositum tempus ad aliquid agendum. Cic. Operarius appositior ad deferenda, quàm, *&c.* Cic.

CONSENTANEUS, *conforme, de* cum *&* *de* sentire. Mors consentanea vitæ sanctissimè actæ. Cic. Consentaneum cum iis litteris. Cic. Actiones virtuti consentaneæ. Cic.

306. *Commoratio, Diversorium.*

COMMORATIO, *séjour, résidence, de* cum *&* *de* mora. Urbana commoratio. Cic. DIVERSORIUM, *hospice, lieu où l'on s'arrête en voyage, de* dis *&* *de* vertere. Nam & villa & amœnitas illa commorationis est, non diversorii. Cic. Mutandus locus est, & diversoria

Digitized by Google

versoria nota præteragendus equus. Hor. *Au figuré* : Diversorium flagitiorum & nequitiæ. Cic.

307. *Communicare, Partiri, Impertiri, Participare.*

COMMUNICARE, *communiquer, faire part, de* communis. Civitatem nostram vobiscum communicavimus. Liv. Curam doloris sui cum aliquo communicare. Cic. Pericula communicare. Cic.

PARTIRI, *partager, diviser, de* pars. In membra aliquid partiri. Cic. Bona sua partiri. Cic. Neque hoc partiendæ invidiæ, sed communicandæ laudis causâ loquor. Cic.

IMPERTIRI, *donner une part, d'in & de* partiri. Fortunas aliis impertiri. Cic. Dolorem suum alicui impertiri. Cic. Terentia impertit tibi multam salutem. Cic.

PARTICIPARE, *faire part & participer, de* pars. Suas laudes participare cum aliquo. Liv. Qui alteri exitium parat, eum scire oportet, sibi paratam pestem, ut participet parem. Cic. *On dit, par exemple:* Fortunas cum fratre meo partitus tibi non modò libenter impertiar aliquid, ut participes, sed ultrò tecum omnia communicabo.

308. *Communicatio, Communio, Communitas, Societas.*

COMMUNICATIO, *communication, de* cum *&* munus. Communicatio civitatis. Cic. *le droit de bourgeoisie qu'on accorde à quelqu'un.* Communicatio utilitatum. Cic. Suavissima sermonis communicatio. Cic. COMMUNIO & COMMUNITAS, *communauté.* In communionem tuorum bonorum bona ac fortunas meas contuli. Cic. Communitas vitæ atque victûs. Cic. Communitas cum improbis. Cic.

SOCIETAS, *société, de* socius. Societas rei alicujus cum altero. Cic. Coire societatem salutis & periculi. Cic. Gerere societatem magnâ fide. Cic. Tu urbes peperisti: tu dissipatos homines in societatem vitæ convocasti: tu eos inter se primò domiciliis, deindè conjugiis, tùm litterarum & vocum communione junxisti. Cic.

Digitized by Google

Per communicationem paria fiunt inter singulos jura: per communionem id tantùm quisque habet, quod ipsi ex legibus aut institutis usu venit: per societatem eò quisque perfruitur, quod pactus est.

309. *Comœdus, Comicus, Histrio, Mimus, Ludius, Ludio.*

COMŒDUS, *comédien, acteur qui représente dans une comédie, de* κωμή, *village, & d'*ᾠδή, *chant. Ces pieces se représentoient d'abord dans les villages.* Sed comœdum in tragœdiis, & tragœdum in comœdiis admodùm placuisse videmus. Cic. COMICUS, *comique, ou de comédie.* Versibus exponi tragicis res comica non vult. Hor. Poeta comicus. Cic.

HISTRIO, *mot Toscan, Baladin, Bateleur.* Qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenerat comœdos. Cic.

MIMUS, *est un farceur qui contrefait tout, de* μιμεῖσθαι, *imiter.* Mimi Isidori filia. Cic. Mimus *se prend pour la farce même.* Scribere si fas est imitantes turpia mimos. Ovid.

LUDIUS & LUDIO *différoient d'*Histrio: *c'étoient des jeunes gens qui, aux jeux publics, dansoient avant les autres dans le cirque.* Ludiones ex Etruriâ acciti ad tibicinis modos saltantes. Liv. Ludius æquatam ter pede pulsat humum. Ovid.

310. *Compes, Manica, Nervus.*

COMPES, *entrave, lien de fer ou de bois, que l'on mettoit aux pieds des criminels, & qui étoit très-lourd, de* pes. Durâ compede perustus crurâ. Hor. Tardæ passurus compedis orbes. Claud. Qui in compedibus fuerunt, etiam cùm soluti sunt, tardiùs ingrediuntur. Cic.

MANICA, *menotte, fer à serrer les mains, de* manus. In manicis & compedibus sævo te sub custode tenebo. Hor. Manicas atque levari vincla jubet Priamus. Virg. Manica *signifie proprement une manche.*

NERVUS, *nerf, de* νεῦρον. *On employoit des nerfs durcis & desséchés à faire des entraves: on les mettoit*

Digitized by Google

aux pieds, aux mains & au cou. Corpus in nervum & ſupplicia dare. Liv. In nervum ire. Ter.

311. *Complementum, Supplementum.*

COMPLEMENTUM, *rempliſſage, de* cum *&* *de* plenus. Inculcata reperias inania quædam verba, quaſi complementa numerorum. Cic. SUPPLEMENTUM, *ſupplément, recrue de gens de guerre.* Cenſebant omnes, ut in Italiâ ſupplementum meis legionibus ſcriberetur. Cic. Decem millia novorum militum ſcripta in ſupplementum. Liv. Complementum rem perficit; ſupplementum id quòd deerat, adjicit.

312. *Componere, Scribere, Scriptitare.*

COMPONERE, *mettre enſemble, compoſer, comparer; de* cum *&* *de* ponere. Componens manibuſque manus, atque oribus ora. Virg. Exemplum litterarum componere. Cic. Librum ex alienis orationibus componere. Cic. Res geſtas componere. Hor. Magna cum parvis componere. Sall.

SCRIBERE, *peindre, mettre par écrit.* Quaſi in libro cùm ſcribuntur litteræ calamo. Plaut. Scribere ſuâ manu. Cic. Erat ſcriptum ipſius manu. Cic. Scribere quod in mentem venerit. Cic. Orationes, poemata ſcribere. Cic. SCRIPTITARE, *fréquentatif de* ſcribere, *écrire ſouvent.* Ad me ſcribas velim, vel potiùs ſcriptites. Cic. Diù multùmque ſcriptitare. Cic.

313. *Compos, Conſors, Particeps.*

COMPOS, *qui jouit, qui a obtenu, de* cum *&* *de* potiri. CONSORS, *qui partage le même ſort, de* cum *&* *de* ſors. PARTICEPS, *participant, qui partage avec, de* partem capere.

Compotem patriæ facere aliquem. Liv. Compos prædæ. Liv. Compotes virtutum beati ſunt. Cic. Fratres ſunt conſortes mendicitatis. Cic. Quid tibi conſorti mecum temporum illorum reſpondebo? Cic. In lucris atque furtis conſors. Cic. Conjurationis particeps. Cic. Mentis & rationis particeps pars animi. Cic. Feci omnes participes meæ voluptatis. Cic.

Digitized by Google

On diroit bien : Miles victoriæ compos, eos prædæ participes esse noluit, qui periculorum consortes non fuerant.

314. *Compos voti, Reus voti, Damnatus voti.*

COMPOS VOTI, *est celui qui a obtenu ce qu'il desiroit.* Aliquem voti compotem facere. Liv. REUS VOTI, *est celui qui est engagé par un vœu.* Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum constituam ante aras voti reus. Virg. DAMNATUS VOTI, *obligé d'accomplir son vœu après avoir obtenu l'effet de sa demande.* Damnatus voti. C. Nep. Ut Baccho, Cererique, tibi sic vota quotannis agricolæ facient, damnabis tu quoque votis. Virg.

315. *Conari, Niti, Moliri.*

CONARI, *faire des efforts.* NITI, *s'appuyer, se soutenir.* MOLIRI, *remuer avec difficulté, de* moles. *Au propre :* Conari manibus pedibusque. Ter. Frustrà conari. Cic. Qui priùs cogitare, quàm conari consuescet. C. Nep. Nituntur radicibus suis arbores. Cic. Hastâ niti. Virg. Alis niti. Virg. Moliri naves ab terrâ. Liv. Num montes moliri suâ sede paramus? Liv. *Au figuré :* Optimorum & probatissimorum consilio atque auctoritate niti. Cic. Tu eris unus in quo nitatur civitatis salus. Cic. Contra alicujus auctoritatem niti. Cic. Optimi cujusque animus maximè ad immortalem gloriam nititur. Cic. Alicui insidias moliri. Cic. Discordiam optimatum moliri. Cic. Conari & Moliri *ont encore une signification plus élégante.* Conari, *faire de grands projets, méditer de grandes choses.* Quid conaris? Ter. *Que médites-tu?* Magnum opus & arduum conaris. Cic. Moliri, *travailler à un ouvrage difficile, faire de grands préparatifs.* Moliri arcem. Virg. Dùm moliuntur, dùm comuntur, annus est. Ter. *en parlant des femmes coquettes.*

316. *Concavus, Convexus,*

CONCAVUS, *concave, de* cavus. Speluncarum concavæ altitudines. Cic. Ventus concava vela tenet.

Digitized by Google

Ovid. Ubi concava pulsu saxa sonant. Virg. CONVEXUS, *convexe*, *de* cum & *de* vehere. *Nous n'entendons par le mot convexe, que la courbure à peu près circulaire de la surface extérieure; mais les anciens entendoient par* convexa *la courbure de la surface même intérieure.* Aspice convexo nutantem pondere mundum. Virg. Tædet cœli convexa tueri. Virg.

317. *Concedere, Tribuere, Condonare, Gratificari.*

CONCEDERE, *accorder par grace*, *de* cum & *de* cedere. Impunitatem alicui concedere. Cæs. Multa multis de jure suo concedere. Cic. Concedere amicis quidquid velint. Cic.

TRIBUERE, *donner une chose qui est due ou qui paroît juste.* Suum cuique tribuere. Cic. Tribuenda est opera Reipublicæ. Cic.

CONDONARE, *remettre, abandonner pour toujours*, *de* cum & *de* donum. Ego illam non condonavi, sed sic utendam dedi. Plaut. Condonare pecunias debitoribus. Cic. Supplicium & animadversionem remittere & condonare. Cic. Suum dolorem alicujus voluntati ac precibus condonare. Cæs. GRATIFICARI, *faire plaisir à quelqu'un, le gratifier, donner, abandonner par complaisance ou par foiblesse*, *de* gratus. Nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem. Cic. Gratificari libertatem suam alicujus potentiæ. Sall.

318. *Concinnitas, Elegantia, Ornatus.*

CONCINNITAS, *agrément, justesse*, *de* cinnus, *boucle de cheveux.* Sententiarum concinnitas. Cic. Verborum concinnitas. Cic. Reditus ad rem aptus & concinnus. Cic.

ELEGANTIA, *bon goût, propreté, élégance*, *d'è & de* legere. Agricultura abhorret ab omni politiore elegantiâ. Cic. Elegantia sermonis. Cic. Elegantia modò & munditia remanebit. Cic.

ORNATUS, *ornement, parure.* Regalis ornatus. Cic. Ornatus oratoris, tanquam vestis. Cic. Verborum ornatus oratoris putandus est. Cic.

Digitized by Google

319. *Conclusio, Clausula, Peroratio.*

CONCLUSIO, *conclusion, conséquence, enchaînement, liaison périodique, de* cum *& de* claudere. Conclusio est exitus & determinatio totius orationis. Cic. Hæc conclusio quam habeat vim considera. Cic. Conclusio est, quæ brevi argumentatione ex iis quæ antè dicta sunt aut facta, conficit id quod necessariò consequatur. Cic. Extrema pars est conclusio muneris & negotii. Cic. CLAUSULA, *ce qui termine.* Clausula testamenti, edicti. Cic. Utar eâ clausulâ quâ soleo, teque ad studium summæ laudis cohortabor. Cic. Clausula numerosè & jucundè cadens. Cic. Mimi etiam exitus est, non fabulæ, in quo, cùm clausula non invenitur, fugit aliquis è manibus. Cic.

PERORATIO, *peroraison, conclusion d'un discours, de* per *& d'orare.* Conclusio orationis, & quasi peroratio. Cic. Extat ejus peroratio, qui epilogus dicitur. Cic.

320. *Concordia, Concentus, Consensus, Harmonia, Unanimitas.*

CONCORDIA, *accord, concorde, de* cum *& de* cor. Concordia & conspiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem. Cic. Si ad concordiam res adduci posset. Cic.

CONCENTUS, *concert, mélodie, de* cum *& de* canere. Avium concentus. Cic. Major & melior actionum quàm sonorum concentus. Cic. *Au figuré:* Nunc age, quid nostrum concentum dividat, audi. Hor.

CONSENSUS, *consentement, accord; de* cum *& de* sentire. Omnium ordinum consensus. Cic. Bonorum consensio. Cic.

HARMONIA, *accord de plusieurs voix ou de plusieurs instrumens, d'ἁρμονία.* Harmoniam ex intervallis sonorum nosse possumus; quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures. Cic. Ad harmoniam canere. Cic. *Il ne se dit point au figuré.*

UNANIMITAS, *union de cœur,* unus animus. Fraterna unanimitas. Liv.

Digitized by Google

On peut dire: Concordiâ jucundè vivimus: Consensu statuimus, aut comprobamus; Concentu vel difficilia peragimus: Unanimitate semper eadem amplectimur, aut aversamur.

321. *Concrescere, Glaciare, Rigere.*

CONCRESCERE, *s'épaissir.* GLACIARE, *glacer, faire glacer.* RIGERE, *roidir, devenir roide.* Causæ quæ vim habeant concrescendi, liquendi. Cic. Aqua concrescit nive pruinâque. Cic. Positas ut glaciet nives puro lumine Jupiter. Hor. Cùm glaciantur aquæ. Ovid. *Au figuré:* Curioni tribunatus conglaciat. Cic. *Curion ne fait rien pendant son tribunat.* Rigere gelu. Liv. Vestes ostro auroque rigentes. Virg.

322. *Concubia nox, Intempesta nox.*

CONCUBIA NOX, *le temps où l'on est couché, lorsque tout le monde est dans le sommeil, de* cum *&* *de* cubare. Qui ut cœnati quiescerent, concubiâ nocte visum est in somnis ei qui erat in hospitio, *&c.* Cic. INTEMPESTA NOX, *de* non *&* *de* tempus, *parce que le temps de la nuit n'est point employé au travail.* Nocte intempestâ nostram devenit domum. Liv. *La nuit, à heure indue.* Repentè nocte intempestâ servorum armatorum fit concursus. Cic.

323. *Concurrere, Decurrere, Discurrere, Excurrere, Incurrere, Occurrere, Præcurrere, Procurrere.*

CONCURRERE, *courir ensemble, de* cum *&* *de* currere. DECURRERE, *courir de haut en bas, de* de *&* *de* currere. DISCURRERE, *courir de côté & d'autre, de* dis *&* *de* currere. EXCURRERE, *faire des courses,* currere extra. INCURRERE, *courir sus,* currere in. OCCURRERE, *courir au devant,* currere ob. PRÆCURRERE, *courir devant,* currere præ. PROCURRERE, *s'avancer, de* pro *&* *de* currere.

Tota Italia concurrit. Cic. *Au figuré:* Concurrunt multæ opiniones. Cic. Nomina concurrunt. Cic. Metius Curtius ab arce decurrerat. Liv. A te decurrit ad meos haustus liquor. Phed. Fama, ut solet, strenuè

Digitized by Google

totas urbes discurrit. Q. Curt. Undiquè discurritur. Tibul. In fines Romanos excurrunt propalabundi magis, quàm justi more belli. Liv. *Au figuré :* Ne longiùs exeurrat oratio. Cic. Incurrere in hostes. Sall. Cæco impetu in aliquem incurrere. Cic. *Au figuré :* Incurrit ager in agrum. Cic. Casus in sapientem potest incurrere. Cic. Scripsi ad eum, ut mihi Heracleam occurreret. Cic. Obviam alicui occurrere. Liv. *Au figuré :* Rationi illi quam paulò ante concluſi, sic occurri. Cic. Tellus nulla occurrit. Virg. Abi, præcurre, ut domi sint parata omnia. Ter. *Au figuré :* Studio aliquem præcurrere. Cic. Horum uterque Isocratem ætate præcurrit. Cic. Quoties quæque cohors procurreret. Cæs. *Au figuré :* In mare procurrit Apenninus. Hor.

324. *Concurſus, Concurſio, Concurſatio.*

CONCURSUS, *concours, de* cum *&* *de* currere. CONCURSIO, *rencontre de deux, ou de pluſieurs entre eux, choc.* Concurſus est ad eum factus. Cic. Artium concurſus. Cic. Calamitatum concurſus. Cic. Fortuita concurſio atomorum. Cic. Vocalium concurſio. Cic. CONCURSATIO, *allée, venue, fréquentatif de* concurſio. Libonis & Hipſei non obscura concurſatio. Cic. Quid puerorum illa concurſatio ? *Au figuré :* Perturbationum concurſatio. Cic.

325. *Concutere, Diſcutere, Excutere.*

CONCUTERE, *agiter, ſecouer, ébranler, de* cum *&* *de* quatere. DISCUTERE, *ſecouer de différens côtés, faire tomber, diſſiper, de* dis *&* *de* quatere. EXCUTERE, *jeter en ſecouant, fouiller, dépouiller, d'*ex *&* *de* quatere. Ea fœna furenti concutit. Virg. Concutit arces balliſta. Ovid. Tribus arietibus aliquantum muri diſcuſſit. Liv. Caligo diſcuſſa est. Cic. Excuſſæ in terram litteræ. Cic. Excutere alicui cerebrum. Plaut. Equitem excutit equus. Liv. *Au figuré :* Fortuna luctu concutit urbem. Virg. Te ipſum concute. Hor. Diſcutere periculum. Cic. Quies terrore excutitur. Ovid. Excutere ſeveritatem veterem. Cic.

Digitized by Google

326. *Confertus*, *Differtus*, *Refertus*, *Spissus*, *Densus*, *Plenus*.

CONFERTUS, *signifie proprement*, *farci*, *serré*, *de* cum *&* *de* farcire. REFERTUS, *plein*, *rempli*, *de* re *&* *de* farcire : Refertus, *dit Ker*, plenum significat, confertus verò densum. Ut nunquàm conferti, sed rari, magnisque intervallis præliarentur. Cæs. Alii ad exitus theatri conferti obsistunt. Cæs. Turba conferta iter clausit. Liv. *On diroit mal*, referti *&* referta. *De même :* Confertim pugnant & cædunt. Liv. Referta piratarum præda navis. Cic. In agrum Picenum avertit iter refertum prædâ. Liv. Ærarium refertum. Cic. *On ne pourroit pas dire*, confertum. DIFFERTUS, *rempli de différens côtés*, *de* dis *&* *de* farcire. Indè forum Appii differtum nautis, cauponibus atque malignis. Hor. Differtum transire forum populumque jubebat. Hor. *On ne diroit pas si bien* confertum, *ni* refertum.

SPISSUS, *se dit proprement d'une forêt*, *d'un buisson*, *de* sepes. Laurea spissa ramis. Hor. Umbræ spissæ. Virg. *Au figuré* : Spissum opus, & operosum. Cic. *Ouvrage long & difficile.*

DENSUS, *épais*, *condensé*. Et quæ densa relaxat. Virg. Densus aer. Cic. Densiores silvæ. Cæs. Densos fertur moriturus in hostes. Virg.

PLENUS, *plein*, *de* πλέος. Plenus *est opposé à* vacuus. Cadus à summo plenus. Plaut. Corpus plenum & repletum cibo. Cic. *Au figuré :* Grave & plenum carmen. Cic. Plenus & perfectus orator. Cic. Voluptas plena. Cic.

Eò densius est aurum, quò gravius : eò spissiores aristæ, quo terra fecundior.

327. *Confidere*, *Credere*.

CONFIDERE *est l'effet de la confiance*, *&* credere, *de l'estime. Un passage de Tite-Live marque bien cette différence.* Et Consules magis non confidere, quàm non credere suis militibus. *Les Consuls n'avoient point confiance aux soldats*, *parce qu'ils étoient mal disposés ;*

Digitized by Google

mais ils ne doutoient point de leurs forces. Me-ne huic confidere monſtro ? Virg.

328. *Conflare, Efficere, Fingere, Formare, Figurare.*

CONFLARE *ſignifie proprement, ſouffler avec*, flare cum. Conflare *ſe dit des métaux qu'on fait fondre.* Statuas argenteas, vaſa aurea conflare. Suet. *Au figuré :* Conflare æs alienum. Cic. Invidiam inimico ſuo conflare. Cic.

EFFICERE, *conduire à ſa fin, d'è & de* facere. Dùm efficias id quod cupis. Ter. Quæ quidem nec inſtitui, nec effici poteſt ſine tuâ ope. Cic. Quibus ex rebus conflatur & efficitur id, quod quærimus, honeſtum. Cic.

FINGERE *ſe dit proprement d'un ſtatuaire.* Neque enim Alexander ille ab Apelle potiſſimùm pingi, & à Lyſippo fingi volebat. Cic. In ceris fingere. Cic. *Au figuré :* Carmina fingere. Hor. Animo fingere. Cic.

FORMARE, *former, donner une forme.* In muliebrem figuram, habitumque formari. Cic. Formare claſſem. Virg. Materia quam fingit formatque effectio. Cic. *Au figuré :* Orationem formare, eamque variare & diſtinguere, oratoris eſt. Cic. Quæ inter ſe diſcrepant, iiſdem præceptis formari non poſſunt. Cic. Efformare, *qui eſt fort en uſage chez les Latiniſtes modernes, ne ſe trouve jamais dans les bons Auteurs : ils diſent* formare, informare.

FIGURARE, *donner une figure.* Terga ad onus ferendum figurata. Cic. Deus mundum eâ formâ figuravit, quâ unâ omnes reliquæ formæ conçluduntur. Cic.

329. *Confundere, Turbare, Miſcere.*

CONFUNDERE, *couler enſemble*, fundere cum. TURBARE, *troubler, brouiller, de* turba. MISCERE, *mêler, mélanger. Au propre :* Cùm multa jurâ confundit coquus. Plaut. Cùm igni ſe confundit ignis. Cic. Arethuſa Siculis confunditur undis. Virg. Zephiro turbantur arenæ. Virg. Everſæ turbant convivia menſæ. Ovid. Qui alteri miſceat mulſum ipſe non ſitiens. Cic. *Au*

Digitized by Google

figuré : Confundere vera falsis. Cic. Nunc in unum corpus confusi omnes. Cic. Omnia infima summis paria fecit, turbavit, miscuit. Cic. Turbare pacem. Liv. Turbare civitatis otium. Liv. Procax libertas miscuit civitatem. Phed. Quantò ille plura miscebat. Cic. Hosti dolorem damno miscens sanguinis. Phed.

Si aquam & oleum confuderis, vix ea, nisi turbata & agitata, misceri poterunt.

330. *Confutare, Refutare, Refellere.*

CONFUTARE, REFUTARE, *de* futare, *fréquentatif de* fundere, *qui signifioit, Verser souvent, ou goutte à goutte, de l'eau froide sur de l'eau bouillante, pour l'empêcher de s'enfuir ; de-là* futum, *pot à l'eau destiné à cet usage.* Coquus, ubi ahenum fervit, paullâ confutat truâ. Nonius. Confutare & Refutare *signifient ordinairement, Réfuter, arrêter.* Confutare argumenta. Cic. Audaciam alicujus confutare. Cic. Refutare bello. Liv. Refutare conatum alicujus. Liv. Jam ista oratio re multò magis, quàm verbis refutata. Cic.

REFELLERE, *contredire, de* re *adversatif ou réciproque, & de* fallere. Cùm tu horum nihil refelles, vincam scilicet. Cic. Refellere sine pertinaciâ, & refelli sine iracundiâ parati sumus. Cic. Eorum vitâ refellitur oratio. Cic.

Quoique ces trois verbes puissent être souvent employés indifféremment, on peut distinguer leur différence par cet exemple. Obstantes & infestos confutare vehementis est & animosi ; incurrentes aut impugnantes refutare, fortis & moderati ; dolo aut errore vana fingentes refellere, prudentis & acuti.

331. *Congiarium, Donativum.*

CONGIARIUM, *présent fait au peuple, de* congius, *mesure Romaine.* Multitudinem imperitam congiariis lenire. Cic. DONATIVUM, *présent fait aux soldats, de* donum. Congiario donabatur populus, sic donativo milites donabantur. Sen. Additum nomine Neronis donativum militi, congiarium plebi. Tacit. Congiarium *se dit aussi d'un présent fait à un ami, en bled,*

Digitized by Google

viandes, légumes. Plancus magno congiario donatus à Cæsare. Cic.

332. *Conglutinare, Conjungere, Conjugare, Colligare, Connectere, Coagmentare, Compingere, Copulare.*

CONGLUTINARE, *coller ensemble, de* cum *&* *de* gluten. Vim bituminis glutinat. Plin. *Au figuré:* Si utilitas amicitias conglutinaret, eadem mutata dissolveret. Cic. Homo ex libidine, crudelitate, petulantiâ conglutinatus. Cic.

CONJUNGERE, *joindre ensemble,* jungere cum. Calamos cerâ conjungere. Virg. *Au figuré:* Quæ rem dissolutam, divulsamque conglutinaret, & ratione quâdam conjungeret. Cic. Dissolutam *est opposé à* conglutinaret, *&* divulsam *à* conjungeret.

CONJUGARE, *mettre sous le même joug, de* cum *&* *de* jugum. Conjugare boves. Colum. *Au figuré:* Jucundissima amicitia est, quam similitudo morum conjugavit. Cic.

COLLIGARE, *lier ensemble,* ligare cum. Ansaque compressos colligat arcta pedes. Tibul. *Au figuré:* verbis sententias colligare. Cic. Quæ quatuor inter se colligata atque implicata sunt. Cic.

CONNECTERE, *nouer ensemble, de* nectere cum. Nodi connexi. Ovid. *Au figuré:* Amicitia cum voluptate connectitur. Cic. Funeribus connexi dies. Cic.

COAGMENTARE *se dit proprement des pieces d'une charpente, qu'on unit ensemble.* Opus ipsa suum eadem quæ coagmentavit, natura dissolvit. Cic. *Au figuré:* Verba verbis quasi coagmentare. Cic. Docebo ne coagmentari quidem pacem posse. Cic.

COMPINGERE, *ferrer, joindre ensemble avec effort, enfermer avec rudesse, de* cum *&* *de* pangere. Septem compacta cicutis fistula. Virg. Detrudere & compingere in pistrinum. Cic.

COPULARE, *accoupler, de* copula. Copulare uno vinculo. Liv. *Au figuré:* Copulare concordiam. Liv. Copulare cum præsentibus futura. Cic.

Separata conjungimus, ut unà consistant: propiora connectimus, ne soluta divagentur: simul posita col-

Digitized by Google

ligamus; ut firmiter constent : apta conglutinamus; ut in unum coalescant : paria conjugamus, ut similiter moveantur, agant & sentiant : convenientia copulamus, ut sese mutuò juvent : laxiora compingimus, ut arctiùs cohæreant : varia coagmentamus, ut in formam aliquam conveniant.

333. *Congregare, Conglobare, Glomerare.*

CONGREGARE *signifie proprement Assembler un troupeau*, *de* cum *&* *de* grex. Congregare cum leonibus vulpes. Mart. *Au figuré :* Homines dispersos & dissipatos unum in locum congregare. Cic.

CONGLOBARE, *amasser en rond*, *de* cum *&* *de* globus. Terra undiquè in se nutibus suis conglobata. Cic. *Au figuré :* Definitiones conglobatæ. Cic.

GLOMERARE, *faire un peloton*, *de* glomus. Lanam glomerabat in orbes. Ovid. Magnum mixtæ glomerantur in orbem (apes). Virg. *Au figuré :* Glomeratæ clades. Cic. Jam legiones in testudinem glomerabantur. Tacit.

334. *Congruere, Concordare, Cohærere, Quadrare.*

CONGRUERE, *s'accorder*, *peut-être de* cum *&* *de* grus, *parce que les grues ne se quittent point.* Congruit mulieri mulier magis. Ter. Congruunt in unum sententiæ. Liv. Lex quæ congruit cum judicio Senatûs. Cic.

CONCORDARE, *être d'accord*, *de* cum *&* *de* cor. Et sensit varios, quamvis diversa sonarent, concordare modos. Ovid. Si concordabis cum illâ, habebis quæ tuam senectutem oblectet. Ter. Animi sanitas dicitur, cùm ejus judicia opinionesque concordant. Cic.

COHÆRERE, *tenir ensemble*, *d'*hærere cum. Neque enim materiam cohærere potuisse, si nullâ vi contineatur. Cic. Ad cohærendum omnia duo tertium anquirunt. Cic. *Au figuré :* Congruunt & cohærent cum causâ. Cic.

QUADRARE, *rendre quarré*, *de* quatuor. Capitolium saxo quadrato substructum. Liv. Agmen quadratum. Cic. *Au figuré : Quadrer*, *convenir.* Quoniam tibi quadrat omnia in illis fuisse paria [illegible]c. Visum est

Digitized by Google

hoc mihi ad multa quadrare. Cic. *Horace a dit dans un autre ſens :* Et quæ pars quadret acervum. *Et Ciceron :* Eam conjunctionem, ſicuti verſum, numerosè cadere, & quadrare, & perfici volumus.

Ea mihi congruere videntur, quæ ad unum & idem ſimilitudine magis accedunt ; ea verò concordare, è quibus unum quidpiam exiſtit, aut efficitur : res porrò nexu quolibet, aut glutine cohærent ; ſed aptâ demùm inter ſe formâ & compoſitione quadrant.

335. *Conjuratio, Conſpiratio.*

CONJURATIO, *conjuration, ligue*, jurare cum. Conjuratio *ne ſe met qu'en mauvaiſe part.* Nefanda in omne facinus ac libidinem conjuratio. Liv. Sed hanc tantam, tàm exitioſam haberi conjurationem à civibus nunquàm putavi. Cic.

CONSPIRATIO, *conſpiration, union, complot*, ſpirare cum, *ſouffler enſemble : il ſe met en bonne & en mauvaiſe part.* Magnas utilitates adipiſcimur conſpiratione hominum atque conſenſu. Cic. Ut quàm paratiſſimi ab exercitu reliquiſque rebus pro veſtrâ ſalute contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium confligamus. Cic.

336. *Conjux, Sponſus.*

CONJUX, *ſignifie Marié, de* cum *& de* jungere. *Dans* conjux *on ſouſentend* vir, *pour dire le mari, &* uxor, *pour dire la femme.* Quis te caſus dejectam conjuge tanto excipit ? Virg. Egregia conjux. Virg. SPONSUS, *fiancé, promis, de* ſpondere. *Dans* ſponſus *on ſouſentend* vir, adoleſcens ; *& dans* ſponſa, *on ſouſentend* virgo. Cognito ſuper humeros paludamento ſponſi. Liv. Hùc veniſti ſponſam præreptum meam. Plaut.

337. *Connubium, Conjugium, Matrimonium, Nuptiæ.*

CONNUBIUM, *eſt proprement la célébration du mariage, de* cum *& de* nubere, *voiler.* Connubia patrum & plebis. Liv. Connubia noſtra reppulit. Virg. *Il ne ſe dit que des perſonnes.* CONJUGIUM *ſe dit des perſonnes & des animaux*[illegible]*nes*, jungere cum. Fraudata conjugio

Digitized by Google

ſponſa. Ovid. Conjugia virorum & uxorum. Cic. Sæpè ſine ullis conjugiis vento gravidæ. Virg. *parlant des cavales.* MATRIMONIUM, *de* mater *&* *de* munus, *eſt l'état du mariage.* Matrimonii jus caſtum & legitimum. Cic. NUPTIÆ, *ſont les noces, l'union du mari & de la femme, de* nubere. Nuptiæ plenæ concordiæ. Cic. Rumpere nuptias. Hor. Cœnare apud aliquem in nuptiis ejus. Cic.

338. *Conſcientia, Recordatio, Memoria.*

CONSCIENTIA, *connoiſſance, témoignage intérieur, de* cum *&* *de* ſcire. Maleficiorum conſcientiæ ſtimulant. Cic. A rectâ conſcientiâ tranſverſum unguem non oportet quemquam in omni vitâ diſcedere. Cic. Magna vis eſt conſcientiæ in utramque partem, ut neque timeant qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent qui peccârint. Cic. Conſtrictam jam horum omnium conſcientiâ teneri conjurationem tuam non vides? Cic.

RECORDATIO, *le reſſouvenir d'une choſe ancienne, de* rursùs cordi dare. Habet præteriti doloris ſecura recordatio delectationem. Cic. Recordationes fugio, quæ quaſi morſu quodam dolorem efficiunt. Cic.

MEMORIA, *de* mens, *le ſouvenir de ce que l'on a vu ou entendu, & que l'on n'a point oublié.* Ultimi temporis recordatio, & proximi memoria. Cic. Memoria eſt per quam mens repetit illa quæ fuerunt. Cic. Omnia bella quæ noſtrâ memoriâ fuerunt. Cic. Sic loquor de iis quos vidimus, aut de quibus memoriam accepimus. Cic. *On ne mettroit pas bien*, recordationem accepimus.

339. *Conſcius, Teſtis, Index.*

CONSCIUS, *qui ſait en ſoi-même, confident, complice*, ſcire cum. Mens ſibi conſcia recti. Virg. Amico homini tuique conſcio ita ſuccenſeas miſerè. Plaut. Temeritatis & mendacii alicujus conſcium eſſe. Cic. Mihi conſcius ſum nunquàm me nimis cupidum fuiſſe vitæ. Cic.

TESTIS, (quaſi) ante ſtans, *témoin.* Teſtis & ſpectator. Cic. Incorruptus teſtis. Cic. Teſtis & conſcius alicujus rei. Cic.

Digitized by Google

INDEX, *celui qui indique*, d'indicare. Hæc omnia indices detulerunt, rei confessi sunt. Cic. Latentem detegeret culpam non exorabilis index. Ovid. Sine duce, sine indice pervenire ad aliquid. Cic. Imago animi vultus est, indices oculi. Cic. Index *signifie aussi marque, titre.* Librorum indicibus decipi. Cic.

340. *Consecrare, Dedicare, Vovere, Devovere, Inaugurari.*

CONSECRARE, *consacrer*, sacrum facere. Consecrare est publicè dedicare. Cic. Aram Deo consecrare. Cic.

DEDICARE, *dédier, de* dicare. Smyrnæi delubrum Homero dedicârunt. Cic. Dedicare librum alicujus honori. Phed.

VOVERE, *faire un vœu, vouer.* Vovere decimam Herculi. Cic. Templa Nympharum publicè vota ac dedicata sunt. Cic. DEVOVERE, *dévouer, offrir en sacrifice.* Agamemnon cùm devovisset Dianæ quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolavit Iphigeniam. Cic. *Au figuré:* Se amicitiæ alicujus devovere. Cic. Se pro ære alieno devovere. Cic.

INAUGURARI *signifie proprement Consulter les augures.* Palatinum Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt. Liv. Inaugurari *se prend aussi pour Consacrer, après avoir pris les augures.* Locum inaugurari. Liv. Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diem: vide, qui te inauguret. Cic.

341. *Consequi, Assequi.*

CONSEQUI, *suivre de près, atteindre, obtenir. Toute la différence qu'il y a entre* consequi & assequi, *c'est qu'*assequi *se met plutôt pour les choses élevées & difficiles. Ainsi on dira*, studio & labore doctrinam consequi; honores favore & meritis assequi: excelsiores sunt quædam dignitates, quàm ut eas assequar. *Au propre*, assequi & consequi *paroissent être les mêmes.* Aureliâ viâ profectus est; si accelerare volent, ad vesperam consequentur. Cic. Si Romæ es, jam me assequi non potes. Cic.

Digitized by Google

342. *Conſeſſor, Aſſeſſor.*

CONSESSOR, *de* ſedere cum, *qui eſt aſſis avec quelqu'un, collegue.* Cur dives pauperem conſeſſorem faſtidiret? Liv. Teſtes accuſatoris, conſeſſores, convivæ, *&c.* Cic. Varius dicere conſeſſori ſolebat. Cic. ASSESSOR, *de* ſedere ad, *qui eſt aſſis auprès de quelqu'un, un conſeiller.* Lacedæmonii Regibus ſuis aſſeſſorem augurem dederunt. Cic.

343. *Conſilium, Sententia.*

CONSILIUM *ſe prend,* 1°. *pour conſeil, avis ſur une choſe.* In conſilio capiendo prudentia, in dando fides requiritur & religio. Cic. Ire in conſilium. Cic. *Aller aux opinions.* 2°. Conſilium *ſe prend pour les Juges mêmes aſſemblés.* De Conſilii ſententiâ pronunciare. Cic. *Quelques-uns prétendent que dans cet endroit on doit écrire* concilii, *& non* conſilii. 3°. Conſilium *ſignifie ſouvent deſſein, projet.* Optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilii. Cic.

SENTENTIA, *de* ſentire, *ſe dit d'un avis prononcé, & d'un avis extrajudiciaire.* De quibus tres video ferri ſententias, quarum nullam probo. Cic. Facere non potui, quin tibi & ſententiam & voluntatem declararem meam. Cic.

Amicus dat conſilium de animi ſententiâ.

344. *Conſobrinus, Sobrinus, Patruelis, Germanus.*

CONSOBRINI, *les enfans du frere ou de la ſœur.* Nam quid aliud agis, niſi ut Romæ ne ſit, ne cum Tito Broccho avunculo ſuo, ne cum ejus filio conſobrino ſuo vivat? Cic. Cùm nos erudiremur unà cùm conſobrinis noſtris, Aculeonis filiis, quocum erat noſtra matertera. Cic. SOBRINI, *les couſins iſſus de germains.* Eho tu! ſobrinum tuum non noras? Ter. *Il avoit dit auparavant,* cognatum. Sequuntur fratrum conjunctiones poſt conſobrinorum ſobrinorumque. Cic. PATRUELIS, *couſin germain paternel.* Patruelis ſoror. Perſ. *Sœur de pere.* Frater patruelis. Cic. *Le fils de l'oncle paternel.* Germanus frater. Cic. *Frere de pere & de mere.* L. Ci-

Digitized by Google

cero frater noſter cognatione patruelis, amore germanus. Cic. GERMANUS *ſignifie vrai, naturel.* Germanus Atticus. Cic. Germana ironia. Cic. *Vraie ironie.* Germanum nomen. Plaut. *Propre nom.*

345. *Conſtans, Firmus, Fixus, Solidus, Stabilis, Immotus, Immobilis.*

CONSTANS, *conſtant*, ſtare cum. FIRMUS, *ferme, de* ferre. FIXUS, *fixe, bien enfoncé, de* figere. SOLIDUS, *ſolide, qui n'eſt pas creux, de* ſolum. STABILIS, *ſtable, de* ſtare. IMMOTUS, *qui n'eſt pas remué*, non motus. IMMOBILIS, *qu'on ne peut remuer.*

Conſtantiſſimus motus lunæ. Cic. Poplite nondùm firmo conſtitit. Ovid. Maneat ac fixum ſit quòd neque moveri, neque mutari poteſt. Cic. Solida columna. Cic. Terminus ſtabilis. Hor. Pede ſtabili manere. Ovid. Lumina immota tenere. Virg. Immobiles oculi. Plin. *Au figuré:* Stabiles & conſtantes amici eligendi. Cic. Firma & conſtans aſſenſio. Cic. Firma & ſtabilis opinio. Cic. Hæc perpetuò animo meo fixa manebunt. Cic. Solida utilitas. Cic. Solidum gaudium. Ter. Connubium ſtabile. Virg. Stabilis & certa ſcientia. Cic. Mens immota manet. Virg. Scopulis immobilior. Ovid.

Eum conſtantem arbitror, qui ſolâ ratione poteſt à ſtatu ſuo aut à propoſito dimoveri, & cujus facta dictave anteactis uſque congruunt. Illud firmum eſt, quod æquabili quodam vigore ſemper agit aut conſiſtit. Fixum eſt, quod aut lege aliquâ, aut neceſſitate, ubi poſitum eſt, ibi tenetur & manet. Solidum eſt, cujus partes inter ſe firmiter cohærent abſque ullâ continui ſolutione; *figurément*, quod verum & permanſurum eſt. Stabile, quod ita conſtitutum aut collocatum eſt, ut non facilè poſſit everti. Immotum, cujus firmata ſtabilitas conatus omnes ac impetus irritos facit.

346. *Conſtantia, Firmitas, Perſeverantia, Pertinacia, Pervicacia, Contumacia, Obſtinatio.*

CONSTANTIA, *conſtance, conduite conſéquente.* FIRMITAS, *fermeté vigoureuſe.* PERSEVERANTIA, *perſévérance, de* ſeverus. PERTINACIA, *opiniâtreté*

Digitized by Google

à soutenir ce qu'on a fait, dit ou entrepris, de per *&* *de* tenere. PERVICACIA, *obstination à vouloir l'emporter, de* per *&* *de* vincere. CONTUMACIA, *résistance injurieuse ou méprisante, de* tumere. OBSTINATIO, *entêtement à penser ou à faire quelque chose, d'*ob *&* *de* stare, *ou* tenere.

Nihil est quod tàm deceat, quàm in omni re gerendâ, consilioque capiendo servare constantiam. Cic. Sapientis firmitas. Cic. Perseverantia est in ratione benè consideratâ stabilis & perpetua permansio. Cic. *La persévérance peut cependant être outrée, & alors c'est un vice.* In vitiis, in errore perseverare. Cic. Quæ pertinacia quibusdam, eadem aliis constantia videri potest. Cic. Pertinaciæ perseverantia finitima est. Cic. Adeò-ne pervicaci esse animo, ut puerum præoptares perire? Cic. Recti pervicax. Tacit. Eam contumaciam non à superbiâ, sed magnitudine animi ductam. Cic. Itaque illi fastidio ferè, & contumaciâ efferuntur. Cic. Potentissimorum hominum contumaciam nunquàm tuli. Cic. Obstinatio sententiæ. Cic. Obstinatio fidei. Tacit. Animi obstinati ad decertandum. Liv.

Inter dubios & temerè agentes eminet viri sapientis constantia. Inter factiosos & oblucantes plurimùm valet animi firmitas. Multos commendavit in incœpto laudabili perseverantia. Pluribus nocuit in opinione tuendâ, vel retinendo jure leviſſimo, pertinacia; sed tùm id quidam tulêre pervicaciâ quod nunquàm ipsorum modestiæ concessum fuisset. Neminem offendit contumaciâ vir sapiens, nisi malum ut avertat offensione gravius. Obstinatum à proposito non abducas; pertinacem ab incœpto non retrahas; pervicacem à contentione non deterreas.

347. *Consuetudo, Mos, Mores.*

CONSUETUDO, *habitude, fréquentation, de* cum *&* *de* suescere. Majorum consuetudo longo intervallo repetita. Cic. Consuetudo naturæ vim obtinet, quasi altera natura. Cic. Consuetudinem jungere cum aliquo. Cic.

Digitized by Google

Mos, *mode, uſage.* Sed quia mos eſt ita faciendi. Cic. More ingenii humani. Cic. Vetus conſuetudo fori, & priſtinus judiciorum mos immutatus eſt. Cic. Contra morem conſuetudinemque civilem. Cic. Mores *ſe dit ordinairement des mœurs.* Morum præfectus. C. Nep. Commodis eſſe moribus. Cic. Morum doctus imitator. Hor.

348. *Conſultare, Conſulere.*

Consultare, *de* conſilium, *délibérer.* Omnes ferè Galliæ civitates de bello conſultabant. Cæſ. Octavius conſultabat utrùm, *&c.* Cic. Consulere, *conſulter, demander avis.* Per litteras conſulere aliquem. Cic. Jam vos conſulo, Judices, quid mihi faciendum putetis. Cic. Conſulere *avec le datif, ſignifie avoir ſoin, avoir égard.* Conſulere ſaluti ſuæ. Cæſ. Conſulere tempori. Cic. Paci ſemper eſt conſulendum. Cic. *On dit auſſi*, Conſulere in aliquem. In humiliores libidinosè crudeliterque conſulebatur. Liv. Id pro te in commune ut conſulas. Ter. In medium conſulere. Liv.

349. *Contagio, Contactus, Peſtis, Peſtilentia, Lues.*

Contagio *&* Contagium *dans les Poëtes*, *contagion, de* cum *&* *de* tangere. Nec mala vicini pecoris contagia lædent. Virg. *Au figuré:* Contaminare ſe contagione prædæ. Cic. Ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. Cic. Contagio belli. Liv. Contactus, *attouchement.* Contactuque omnia fœdant immundo. Virg. Pestis, *peſte, ſe dit de tout ce qui eſt pernicieux.* Alicui peſtem minitari. Liv. Patriæ peſtis. Cic. Tàm deteſtabilis peſtis nulla eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. Cic. Multi eâdem peſte affecti ſunt. Liv. Pestilentia, *maladie contagieuſe, air corrompu.* Gravi etiam peſtilentiâ conflictati. Cæſ. Vaſtus atque deſertus ager propter peſtilentiam. Cic. Peſtilentia *eſt oppoſé à* ſalubritas. Inter locorum naturas quantùm interſit, videmus alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes. Cic. Lues, *corruption, maladie contagieuſe, de* luere, *parce qu'elle diſſout.* Miſeranda lues venit arboribus ſatiſque. Virg. Dira lues. *Et au figuré:* Ut eos ludos

Digitized by Google

hæc lues impura pollueret. Cic. Peſtilentia *eſt le genre*; & lues *l'eſpece*.

350. *Continuò*, *Statim*, *Confeſtim*, *Actutùm*, *Ilicet*, *Illicò*, *Protinùs*, *Repentè*, *Derepentè*, *Subitò*, *Extemplò*, *Oppidò*.

CONTINUÒ, *tout de ſuite*, *de* cum & *de* tenere, Haud mora, continuò perfectis ſanguine votis. Virg. Continuò matris præcepta faceſſit. Virg.

STATÌM, *auſſi-tôt*, *de* ſtare. Nec recedit de loco, quin ſtatìm rem gerat. Plaut. Hoc ſum aggreſſus ſtatìm Catone abſoluto. Cic.

CONFESTÌM, (quaſi) cum feſtinatione, *avec empreſſement*. Mulier confeſtìm hùc advolavit. Cic. Confeſtìm Iconium veni. Cic.

ACTUTUM, *d'agere*, *avec action*, *avec activité*. Aperite aliquis actutùm oſtium. Plaut. Ego mortem actutùm pro Republicâ eum obiturum puto. Cic.

ILICET, (quaſi) ire licet. Hoc nihil eſt, Phædria, ilicet; quid hìc conterimus operam fruſtrà? Ter. *Il ſe prend ordinairement pour d'abord.* Ilicet obruimur numero. Virg. ILLICÒ, (quaſi) in loco. Illicò-ne ad Prætorem ire convenit? *Il ſe dit bien du temps, ſur le champ.* Simul atque increpuit ſuſpicio tumultûs, artes illicò noſtræ conticeſcunt. Cic.

PROTINUS, *enſuite*, *ſans tarder*, porrò tenùs. Protinùs aërii mellis cœleſtia dona exequar. Virg. Scripſi ut is ad te protinùs mittat. Cic. Rogo te ut Romam protinùs pergas. Cic.

REPENTÈ, Repentinò, *ſoudainement*, *tout à-coup*; *de* repens. Repentè ſervorum armatorum fit concurſus. Cic. Amicitiam magis decet ſensìm diſſuere, quàm repentè præcidere. Cic. Repentè *eſt oppoſé à* ſensìm. Moritur in Gallìâ Quintius, cùm adeſſet Nævius, & repentinò. Cic. DEREPENTÈ *dit plus que* repentè. Si cùm hoc domi faceremus, tu derepentè erupiſſes, *&c.* Cic.

SUBITÒ, *de* ſub & *d'ire*, *ſubitement*, *eſt le même que* repentè. Mihi ſcriptum eſt te in febrem ſubitò incidiſſe. Cic. *Il paroît cependant que* ſubitò *marque*

Digitized by Google

moins de ſurpriſe. Subitò cùm mihi dixiſſet Cœcilius puerum ſe Romam mittere, hæc ſcripſi raptim. Cic.

EXTEMPLÒ, *dans le moment, de* templum. Extemplò convocato concilio. Liv. Extemplò Æneæ ſolvuntur frigore membra. Virg. Extemplò *eſt un mot tiré des augures.*

OPPIDÒ, *dit Feſtus*, ſignificat Valdè, Multùm. Ortum eſt autem hoc ſignificatum ex ſermone inter ſe confabulantium, quantùm quiſque frugum faceret, ut, quæ multitudo, ſignificaretur : ſæpè reſpondebatur, quantùm vel oppido ſatis eſſet. Hinc in conſuetudinem venit, ut diceretur oppidò pro valdè vel multùm. Itaque ſi qui aliis in rebus eo utuntur, ut putà ſi qui dicant, Oppidò didici, ſpectavi, ambulavi, errant, quia nulli eorum ſubjici poteſt. *Les exemples confirment le ſentiment de Feſtus.* Ex quo genere totus eſt Tutor mimus oppidò ridiculus. Cic. Eorum definitiones paulùm oppidò inter ſe differunt, & tamen eòdem ſpectant. Cic. Totus doleo, atque oppidò perii; ita me iſte ſenex habuit. Plaut. Omne argentum oppidò reddidi. Plaut. *Ce qui pourroit s'entendre de deux façons : J'ai rendu auſſi-tôt l'argent, ou juſqu'au dernier ſol.*

351. *Controverſia, Diſceptatio, Contentio, Rixa, Lis, Jurgium, Altercatio.*

CONTROVERSIA, *débat, démêlé, de* contra *&* vertere. DISCEPTATIO, *examen, diſcuſſion, de* διὰ, *&* de σκέπτομαι, *peſer.* CONTENTIO, *effort, conteſtation, parallele, de* cum *&* tendere. RIXA, *querelle, différend, de* ringere. LIS, *procès.* JURGIUM, *eſt une conteſtation entre amis,* (quaſi) juris actio. ALTERCATIO, *diſpute opiniâtre, d'*alter. DISPUTATIO, *de* dis *&* putare, *diſpute ſur quelque matiere.*

Controverſia mihi cum illo eſt rei familiaris. Cic. Cujus hæreditatis controverſia fuerat nulla. Cic. Si perſpexerit rerum inter eos verborumne ſit controverſia Cic. Juris diſceptatio. Cic. Diſceptatio & cognitio veritatis. Cic. Contentio diſceptationibus tribuatur judiciorum. Cic. Vehementiſſima contentio animi, ingenii, virium. Cic. Contentio inter aliquos

Digitized by Google

de poſſeſſione. Cic. Aſperitas contentionis oratoris ipſius humanitate conditur. Cic. Sed ſi contentio quædam & comparatio fiat. Cic. Rixa eſt cum eo magna. Cic. Cùm eſſet cum eo de amiculâ rixatus. Cic. Adhuc ſub judice lis eſt. Hor. Componere lites. Virg. Jurgare lex putat inter ſe vicinos, non litigari. Cic. Si jurgant, benevolorum concertatio, non lis inimicorum, jurgium dicitur. Cic. È diſceptatione altercationem fecerunt. Liv. Altercantur inter ſe mulierum ritu. Liv. Liberior in utramque rem diſputatio. Quintil. Diſputatio de re aliquâ. Cic.

352. *Convaleſcere, Sanari.*

CONVALESCERE, *revenir en ſanté, de* cum *&* *de* valere. SANARI, *ſe dit de la guériſon des bleſſures, de* ſanus. Ex morbo convaleſcere. Cic. Ne ægri quidem omnes convaleſcunt. Cic. Vulnera ſanantur remediis. Cic. Quæ ſanare non poſſunt, exulcerant. Cic. *Au figuré :* Convaluit civitas. Cic. Ægram & labentem Rempublicam ſanare & confirmare. Cic.

353. *Conviva, Convictor, Convivator.*

CONVIVA, *eſt celui qui eſt invité à un repas; celui qui mange chez un autre, de* cum *&* *de* vivere. CONVICTOR, *commenſal, qui vit avec un autre.* CONVIVATOR, *eſt celui qui donne à manger.* Hilares & benè accepti conviviæ. Cic. Familiares & quotidiani convictores. Cic. Me convictore uſus amicoque à puero eſt. Hor. Eſt autem res ſimillima cœnæ Chalcidenſis, ſciti convivatoris, apud quem comiter accepti. Liv. Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res adverſæ nudare ſolent. Hor.

354. *Convivium, Convivia tempeſtiva, Convivia intempeſtiva.*

CONVIVIUM, *repas en compagnie, de* cum *&* *de* vivere. Benè majores accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominârunt. Cic. *On appelloit* CONVIVIA TEMPESTIVA, *les ſoupers que l'on commençoit plutôt qu'à l'ordinaire,*

Digitized by Google

soit par gourmandise, soit pour avoir le plaisir de rester plus long-temps à table avec ses amis. Ego propter delectationem sermonis tempestivis conviviis delector. Cic. INTEMPESTIVA CONVIVIA, *les soupers qui étoient prolongés bien avant dans la nuit.* Intempestivi convivii multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Cic.

355. *Coquere, Decoquere, Torrere.*

COQUERE, *cuire, mûrir.* Coquebatur ei cœna. C. Nep. Poma matura & cocta. Cic. *au figuré :* Omnibus consultationibus inter se Principes Romanum coquebant bellum. Liv. Benè coctus & conditus sermo. Cic. DECOQUERE, *cuire jusqu'à consommation.* Donec decoqueretur olus. Hor. *Au figuré : Dissiper le bien.* Tenes-ne memoriâ prætextatum te decoxisse ? Cic. Hunc alea decoquet. Pers.

TORRERE, *rôtir.* Solis ardore torreri. Cic. Torreri in tauro Phalaridis ignibus succensis. Cic.

356. *Coquus, Pistor.*

COQUUS, *de* coquere, *cuisinier, traiteur.* In eâ cœnâ, coquus meus, præter jus fervens, nihil potuit imitari. Cic. PISTOR, *de* pinsere, *piler dans un mortier, comme faisoient les anciens, qui n'avoient point encore l'usage des moulins.* Pistor *est un boulanger.* Cùm à pistore panem petimus, vinum ex cœnopolio. Plaut. Mitto has artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios. Cic.

357. *Coràm, Palàm, Antè.*

CORAM, *en présence de quelques personnes, de vive voix.* Sin autem differs me in aliud tempus, coràm tecum loquar. Cic. Coràm Publio Cuspio tecum locutus sum. Cic. Coràm *est opposé à* absens. Prætereà mihi promiserunt coràm, & absenti mihi scripserunt se, *&c.* Cic.

PALAM, *publiquement, en présence de tout le monde.* Mitto enim domestica; hæc commemoro, quæ sunt palàm. Cic. Palàm *est opposé à* clàm. Palàm in eum tela jaciuntur, clàm subministrantur. Cic.

ANTE,

Digitized by Google

ANTE, *devant, avant, se dit du temps, du lieu & des personnes.* Ante lucem. Cic. Ante focum, si frigus erit. Virg. Ante hosce Deos erant tabulæ. Cic. Causam intereà ante eum diceret. Cic.

358. *Corona, Serta.*

CORONA, *couronne, chapeau de fleurs.* Corona laurea à Senatu decreta. Cic. Verno fecit de flore coronam. Ovid. Duplicem gemmis auroque coronam. Virg.

SERTA, *guirlandes, festons, de* serere, serui, sertum, *lier, former une suite, un enchaînement, d'où vient* series. Sertis redimiti. Cic. Spicea serta gerat calidissima solibus æstas. Virg.

359. *Corona obsidionalis, civica, vallaris, castrensis, classica, navalis, muralis.*

CORONA OBSIDIONALIS *étoit celle que l'on donnoit à celui qui avoit fait lever un siege : cette couronne étoit regardée comme la plus honorable. Après cette couronne étoit la couronne civique,* CIVICA, *qui étoit de chêne : cette couronne étoit accordée à un citoyen, qui avoit sauvé la vie à un autre citoyen, en tuant son ennemi.* CORONA VALLARIS, *ou* CASTRENSIS, *couronne de camp : elle se donnoit à celui qui, dans un combat, avoit pénétré le premier dans le camp ennemi.* CLASSICA *ou* ROSTRATA CORONA, *étoit celle dont on faisoit présent à un Général qui avoit remporté quelque grande victoire sur mer.* CORONA NAVALIS, *la couronne d'or navale étoit pour celui qui avoit sauté le premier, les armes à la main, dans le vaisseau ennemi.* CORONA MURALIS, *la couronne murale : elle étoit d'or, & faite en forme de mur, avec des tours & des mantelets représentés dessus ; elle se donnoit à celui qui avoit monté le premier à l'assaut d'une ville.*

360. *Corrigere, Emendare.*

CORRIGERE, *signifie proprement Redresser ce qui est tortu, de* cum *&* de regere. Miloni athletæ malum tenenti nemo digitum corrigebat. Plin. *Au figuré :* Ut

Digitized by Google

ea quæ corrigere vult, mihi quidem depravare videatur. Cic. Corrigere alicujus sententiam. Cic. Facilè corriguntur in discendo, quorum vitia imitantur emendandi causâ magistri. Quintil.

EMENDARE, (quasi) extra mendam ponere, *réformer*. Scripta emendare. Cic. *Au figuré :* Emendare publicos mores. Cic. Ut enim cupiditatibus principum & vitiis infici solet tota civitas, sic corrigi & emendari continentiâ. Cic. Fortunam arte emendare. Hor. Emendare consilium. Cic.

361. *Corroborare, Confirmare.*

CORROBORARE *dit plus que* Confirmare ; *d'ailleurs, ils different par la maniere dont chacun exprime l'augmentation de forces.* CONFIRMARE *convient bien à un convalescent.* Cura igitur te, & confirma. *Ciceron écrivoit à son ami convalescent.* CORROBORARE *signifie rendre robuste, de* cum *&* *de* robur. Veteranum ac tironem militem opere assiduo corroboravit. Suet. Se corroborare, & virum inter viros esse. Cic. *Au figuré :* Conjurationem nascentem non credendo corroborare. Cic. Erige te, & confirma, si quæ subeunda dimicatio erit. Cic.

Milites corroborantur operibus & exercitationibus : corpora debiliora confirmantur alimentis, aeris salubritate.

362. *Corrumpere, Vitiare, Depravare.*

CORRUMPERE, *signifie proprement Rompre ensemble, de* cum *&* *de* rumpere. VITIARE, *gâter, de* vitium. DEPRAVARE, *rendre tortu, de* pravus.

Au propre : Corrumpere dentes unguibus. Propert. Auræ vitiantur cadaveribus. Ovid. Deprâves licet, dùm monstruoso & distorto aliquid supersit. Senec. *Au figuré :* Corrumpere animum & motus. Cic. Aqua concluſa facilè corrumpitur. Cic. Comitiorum & concionum significationes interdùm veræ sunt, nonnunquàm vitiatæ & corruptæ. Cic. Natura alicujus depravata malâ disciplinâ. Cic.

Mores integros malis artibus corrumpit improbus ; puros & castos afflatu vitiat libidinosus ; rectos ac simplices depravat fraudulentus.

Digitized by Google

363. *Corruptio, Corruptela.*

CORRUPTIO *eſt l'altération, l'effet; &* CORRUPTELA, *la cauſe, le poiſon qui corrompt.* Morbum appellant totius corporis corruptionem. Cic. Corruptela *ne ſe dit qu'au figuré.* Prævaricatio eſt accuſatoris, corruptela ab reo. Cic. Largitionem corruptelam dixit eſſe. Cic. Malæ conſuetudinis corruptela. Cic.

364. *Coruſcare, Lucere, Rutilare, Micare, Scintillare, Fulgurare.*

CORUSCARE, *reluire, de κερυς, caſque.* Flammæ inter nubes coruſcat. Cic. Coruſcare *ſe prend activement.* Haſtamque coruſcat. Virg.

LUCERE, *luire, rendre de la lumiere, de* lux. Luna quæ lucet alienâ luce. Cic. Qui lumen de ſuo lumine accendit, facit ut nihilominùs ipſi luceat, cùm illi accenderit. Cic. *Au figuré:* Virtus lucet in tenebris. Cic.

RUTILARE, *avoir l'éclat de l'or.* Aurum rutilat. Plin. Comæ promiſſæ & rutilatæ. Liv.

MICARE, *briller par petits intervalles, de* mica, *petits grains qui brillent dans le ſable.* Crebris micat ignibus æther. Virg. Micent gladii. Liv. Micare *ſignifie auſſi Sauter.* Jam verò venæ & arteriæ micare non deſinunt. Cic. Micant digiti. Virg. *Ciceron a dit,* micare digitis, *jouer à la mourre.*

SCINTILLARE, *jeter des étincelles.* Cùm teſtâ ardente viderent ſcintillare oleum. Virg. Ut oculi ſcintillant vide. Plaut. FULGURARE, *jeter des éclairs, de* fulgur. Jove tonante & fulgurante. Cic. Cùm ex omnibus quatuor cœli partibus fulgurabit. Plin. *Au figuré:* Ut non loqui & orare, ſed fulgurare ac tonare videaris. Quintil.

Flamma coruſcat; lumen lucet; aurum rutilat; micant gladii & æther; ſcintillat oleum in fornace; Jupiter fulgurat.

365. *Craſſus, Pinguis, Opimus, Obeſus.*

CRASSUS, *épais.* Aër craſſus. Cic. Craſſis tenebris circumfundi. Cic. Toga quæ defendere frigus, quamvis

Digitized by Google

craſſa queat. Hor. Arbor craſſior quinque digitis. Plin. *Au figuré :* Craſſâ & pingui Minervâ. Cic. Craſsè & illepidè compoſitum opus. Hor.

PINGUIS, *gras.* Pingues agni. Virg. Pingues horti. Virg. Pingui tentus omaſo. Hor. Pingues lacernæ. Juv. *Au figuré :* Pingue ingenium. Hor. *Eſprit lourd.*

OPIMUS, *qui a de l'embonpoint, charnu, d'ops.* Jecore opimo fartus & ſatiatus. Cic. Boûm opimorum alba colla. Ovid. *Au figuré :* Opimum dicendi genus. Cic. Accuſatio opima. Cic. Prædâ opimus. Cic. Spolia opima. Virg. *Les dépouilles opimes étoient celles qu'un Général Romain avoit enlevées au Général des ennemis, qu'il avoit tué dans un combat.* Coſſus ſpolia opima Regis interfecti gerens. Liv.

OBESUS, *gros, bien nourri.* Illi ardua cervix, argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga. Virg. Obeſus turdus. Hor. Obeſus lacte canis. Claud.

366. *Creare, Gignere, Generare, Parere, Parturire.*

CREARE, *créer.* GIGNERE, *faire éclorre.* GENERARE, *engendrer.* Creari dicitur, *diſent les Grammairiens*, quod nullum aut prorsùs ignotum erat; gigni quidquid ex nativis elementis ita coaleſcit, ut novum exiſtat; generari quidquid è ſimili procedens genus propagat. Omnium rerum quas & creat natura & tuetur. Cic. Quæ in terris gignuntur, ad uſum hominum omnia creantur. Cic. Ova gignunt piſces. Cic. Homines hominum cauſâ generati ſunt. Cic. *Les Auteurs, & ſurtout les Poëtes, emploient ces trois verbes aſſez indifféremment; cependant on dit au propre :* Deus univerſum orbem creavit; Populus Romanus imperia creabat & magiſtratus. *Au figuré :* Periculum alicui creare. Cic. Gignuntur è terrâ fruges. Pater filios generat.

PARERE, *enfanter.* Liberos ex ſeſe parit mulier. Cic. Ovum parit gallina. Cic. *Au figuré :* Verba parere. Cic. Victoriâ pax, non pactione parienda eſt. Cic.

PARTURIRE, *être en travail d'enfant. Tous les verbes qui ſignifient avoir envie de faire quelque choſe, ſe forment du ſupin en* u *du verbe primitif, en ajoutant* rire : dormiturire, eſurire, *Cicéron dit,* Sullaturit, *pour dire, avoir*

Digitized by Google

envie de faire le rôle de Sylla : ainſi parturire *eſt avoir envie, être ſur le point d'accoucher.* Mons parturibat gemitus immanes ciens.... & illa murem peperit. Phed. Numnam, quæſo, illa parturit? Cic. Mulier parit & parturit.

367. *Creber, Frequens.*

CREBER, *dru, ſerré, réitéré.* Crebri hoſtes cadunt. Plaut. Crebri cœlo cecidêre lapides. Liv. Litteræ crebriores. Cic. Scitis per hos dies creberrimum fuiſſe ſermonem. Sall.

FREQUENS, *fréquent, peuplé, nombreux.* Refert etiam qui audiant, frequentes, an pauci, an ſinguli. Cic. Municipium frequens. Cic. Frequens Senatus convenit. Cic. Auditor Platonis frequens fuit, Demoſthenes. Cic.

368. *Credibilis, Veriſimilis, Probabilis.*

CREDIBILIS, *croyable, de* credere. VERISIMILIS, *vraiſemblable.* PROBABILIS, *probable, de* probare. Credibile eſt id quod ſine ullo teſte, auditoris opinione firmatur. Cic. Narrationes ſint credibiles. Cic. Narratio veriſimilis. Cic. Volunt probabile aliquid eſſe & quaſi veriſimile. Cic. Probabile eſt id quod verè fieri ſolet, aut quod in opinione poſitum eſt, aut quod habet in ſe ad hoc quandam ſimilitudinem, ſive id falſum eſt, ſive verum. Cic. Probabilis *ſignifie auſſi, louable, qu'on peut approuver.* Sicinius probabilis orator, jam verò etiam probatus. Cic. P. Antonius voce magnâ nec aliâ re nullâ probabilis. Cic.

369. *Crepida, Solea, Calceus, Calceamentum, Gallicæ.*

CREPIDA, *chauſſure qui n'avoit qu'une ſemelle, de* κρηπὶς, *baſe, fondement : c'étoit la chauſſure des Grecs.* Cum crepidis in capitolio ſtatuam videtis. Cic. Graiorum crepidas. Perſ.

SOLEA, *ſandale qui ne couvroit que la plante du pied, & qu'on attachoit avec des courroies par-deſſus, de* ſolum, *ſol. Ces ſandales ne ſe mettoient que dans la maiſon.*

Digitized by Google

Ciceron reproche à Verrès de paroître en public avec des sandales : Stetit soleatus Prætor populi Romani. Solea *se prend aussi pour des entraves de bois, que l'on mettoit aux pieds des criminels.* Et statim ei ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt. Cic.

CALCEAMENTUM, *chaussure quelconque, de* calx, *talon.* Mihi amictui Scythium tegmen, calceamentum, solorum callum, cubile terra. Cic. Calceamenta utrique sexui convenientia seponebantur. Cic. CALCEUS, *soulier.* Calceos & vestimenta mutavit. Cic. Calceus, si pede major erit, subvertet; si minor, uret. Hor.

GALLICÆ, *chaussure dont se servoient les Gaulois en temps de pluie.* Nam quòd quærebas quomodò redii-ssem; primùm luce, non tenebris, deinde cum calceis & togâ, nullis nec gallicis, nec lacernâ. Cic.

370. *Crimen, Culpa, Peccatum, Delictum, Vitium, Vitiositas, Noxa, Facinus, Nequitia, Scelus, Flagitium, Maleficium, Nefas, Malitia.*

CRIMEN *est proprement une accusation, un reproche, de* κρίνω judicium. Falsum crimen tanquam venenatum telum in aliquem jacere. Cic. Ingrati animi crimen horreo. Cic. Publii Syllæ persona non suscipit crimen tantorum facinorum. Cic. Crimen, *dans les Poëtes, se prend aussi pour crime.*

CULPA, *faute légere, ou de foiblesse.* Et si aliquâ culpâ tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. Cic. Culpa *se dit de l'impureté.* Fœcunda culpæ sæcula nuptias primùm inquinavêre. Hor.

PECCATUM *est une transgression.* Peccare est tanquam transire lineas. Cic.

DELICTUM, *est une omission, de* de *&* *de* linquere. Necesse est eum qui velit peccare, aliquando primùm delinquere. Cic.

VITIUM, *action blâmable, procédant d'une corruption intérieure, vice.* Quod per se ipsum vituperabile est, id eo ipso vitium nominatum puto. Cic. Teneri mediocribus vitiis. Hor. VITIOSITAS *marque une habitude, vice, défectuosité.* Vitiositas est habitus aut

Digitized by Google

affectio in totâ vitâ inconstans, & à se ipsâ dissentiens. Cic. Vitiositas omnium vitiorum nomen habet. Cic.

NOXA *est une faute légere, qui nuit à quelqu'un; de* nocere. Quod in minimis noxis, & in his levioribus peccatis, quæ magis crebra & propè quotidiana sunt. Cic. Noxa *se prend pour la punition même.* Obrui Ætnæ ignibus satius illi insulæ esse, quàm vetus dedi noxæ inimico Consuli. Liv.

FACINUS *est une action hardie, de* facere. Facinus, *seul, se prend en mauvaise part.* Nihil ibi facinoris, nihil flagitii prætermissum est. Liv. Homines ad vim, ad facinus, cædemque delecti. Cic. Facinus *se prend en bonne part, lorsqu'il est déterminé par une épithete.* Præclarissimum facinus. Cic.

NEQUITIA, *molesse, dissolution.* Nequitia ab eo quod nequicquàm est in tali viro, ex quo idem nihili dicitur. Cic. Perditâ nequitiâ homo. Cic. Frugalis, cui contrarium vitium dicitur nequitia. Cic. Vis & nequitia quidquid oppugnant, ruit. Phed. Officina nequitiæ, & flagitiorum omnium domus. Cic.

SCELUS, *crime énorme, action de cruauté & d'impiété.* Detestabile scelus. Cic. Pigmalion ante alios scelere immanior omnes. Virg.

FLAGITIUM *se dit de tout crime honteux.* Stupra, & adulteria, & omne tale flagitium. Cic. Flagitio ardere. Plaut. Damnum flagitio additis. Hor.

MALEFICIUM *se dit de toute mauvaise action, de* malè facere. Contaminare se maleficio. Cic. Exercitus transit sine maleficio. Cic. Qui maleficio & scelere pascuntur. Cic.

NEFAS, *action défendue par les loix divines, non* fas. Dirum nefas. Virg. Maculosum nefas. Hor. Grande nefas, & morte piandum. Hor.

MALITIA, *malice, méchanceté, de* malus. Malitia *est l'effet de la réflexion.* Malitia præmiis exercetur. Sall. Malitia perversitatem sonat, cum quis datâ operâ malè agit. Erasm. Malitia est versuta & callida nocendi ratio. Cic.

Crimen ansam nocendi præbet malevolis: culpam omnem vitare ne vir quidem honestissimus usquè po-

Digitized by Google

terit : nullum est intrà justi rectique fines peccatum. Omne delictum fugit vir diligens, & officiorum memor. Nihil in se vitii patitur religiosus, bonæque famæ cupidus. Alieniſſimus est ab omni noxâ vir prudens & benevolus. Longè abhorret à nequitiâ modestus & temperans. Audentis est quodcumque facinus ; versuti & perfidi malitia ; improbi aut violenti maleficium ; flagitium corruptoris, aut ignavi ac timidi ; scelus atrocis ac jamdudum perversi ; nefas impii & sacrilegi ; corrupti ac perditi vitiositas, & semper cupiditati servientis.

371. *Crinalis, Crinitus.*

CRINALIS ; *de cheveux*, *de* crinis. Solvite crinales vittas. Virg. CRINITUS, *qui porte des cheveux*. Mulier malè crinita. Ovid. Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus. Cic.

372. *Cruciatus, Cruciamentum, Supplicium, Tormentum, Carnificina.*

CRUCIATUS, *de* crux, *au propre, l'état d'un homme attaché en croix.* CRUCIAMENTUM, *les différens aiguillons de la douleur qu'il éprouve, ou la maniere de tourmenter.* SUPPLICIUM, *châtiment que les loix font ſubir au coupable*, *de* ſupplex. TORMENTUM, *les tortures qu'on endure à la queſtion*, *de* torquere.

Nec graviora verè sunt tormenta carnificum, quàm interdùm cruciamenta morborum. Cic. Ut omnes animi cruciatus & corporis etiam egestas & mendicitas consequatur. Cic. Supplicium est pœna peccati. Cic. Rapi ad supplicium ob facinus. Cic.

CARNIFICINA *ſe prend pour le lieu où l'on puniſſoit les coupables*, *& pour le tourment même*, *de* caro *&* facere. Ductum se à creditore non in servitium, sed in ergastulum & carnificinam esse. Liv. Ægyptii carnificinam potiùs subierint, quàm ibim aut felem violent. Cic. Non ea est medicina, sed carnificina, atque crudelitas. Cic.

In ipso cruciatu vel sæviſſimo, aliquam esse cruciamentorum intermissionem negare non ausim.

Digitized by Google

373. *Crudeſcere, Recrudeſcere.*

CRUDESCERE, *s'aigrir, de* crudus : *il ne ſe dit qu'au figuré.* Crudeſcit morbus. Virg. Crudeſcit pugna. Virg. Crudeſcit ſeditio. Tacit. RECRUDESCERE, *s'aigrir de nouveau, de* re *&* *de* crudeſcere. Recrudeſcit ſeditio. Liv. *La ſédition recommence.* Nunc autem hoc tam gravi vulnere, etiam illa quæ conſanuiſſe videbantur, recrudeſcunt. Cic. Recruduit ſoporatus dolor. Q. Curt.

374. *Cruor, Sanguis, Sanies, Tabum, Tabes, Pus.*

CRUOR *eſt du ſang qui coule d'une bleſſure, du ſang caillé.* SANGUIS *eſt le ſang qui coule dans les veines.* SANIES, *ſang décompoſé, altéré, humeur ſanguinolente.* TABUM, *pus, humeur virulente.* TABES, *poiſon qui mine, conſume ou diſſout.* Cadaveribus, cruore atque luctu omnia compleri. Sall. Arma nondùm expiatis uncta cruoribus. Hor. Liberos veſtros ad cædem & cruorem non ſum paſſus extrahi. Cic. Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. Cic. Sanie taboque fluentes. Virg. Eructare ſaniem. Virg. Turpi dilapſa cadavera tabo. Virg. Protinùs invidiæ nigro ſqualentia tabo tecta petit. Ovid. Lentâ tabe liquitur. Ovid. *Au figuré :* Tabes fori pecuniam advocatis fert. Tacit. *Et dans Tite-Live, parlant de la neige :* Fluentem tabem liqueſcentis nivis ingrediebantur. *Dans cet exemple,* tabes *eſt pris pour la choſe même diſſoute.*

PUS, *pus.* Sanguis omnibus notus eſt : ſanies tenuior hoc, variè craſſa, & glutinoſa, & colorata. Pus craſſiſſimum, albidiſſimumque, glutinoſius & ſanguine & ſanie. Exit autem ſanguis ex vulnere recenti, aut jam ſaneſcente. Sanies eſt inter utrumque tempus. Pus ex ulcere jam ad ſanitatem ſpectante. Celſ. *Au figuré :* Proſcripti regis Rupili pus atque venenum Hybrida quo pacto ſit Perſius ultus. Hor.

375. *Cruſta, Cruſtum, Emblema.*

CRUSTA, *croûte, enveloppe ſolide : la glace eſt une croûte.* Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. Virg. Cruſtæ argenti cælati. Cic. Primus Romæ parietes

Digitized by Google

cruſtâ marmoris opĕruit totius domûs ſuæ in Cœlio monte Mamurra. Cic. *Au figuré :* Non eſt iſta ſolida & ſincera felicitas : cruſta eſt, & quidem tenuis. Senec. CRUSTUM, *croûte de choſes qui ſe mangent,* Violare manu maliſque audacibus orbem fatalis cruſti. Virg. Ut pueris olim dant cruſtula blandi doctores. Hor.

EMBLEMA, *ſe dit des lames ou figures en relief appliquées ſur un ouvrage, & qui s'enlevent, d'ἐν & de βάλλω* Vaſis cruſtæ & emblemata auferebantur. Cic. Cùm inſpiciendum popoſciſſes, avulſo emblemate, remiſiſti. Cic.

376. *Crux, Patibulum.*

CRUX, *croix.* Tollere in crucem. Cic. Quam damnatis ſervis crucem fixeras. Cic. Suffigere cruci. Cic. PATIBULUM, *potence, gibet, bois fourchu, où l'on engageoit le cou des eſclaves qui avoient commis quelque crime, de* patere. Statua pro patibulo fuit. Cic. Patibulo hoc ei caput defringam. Nonius. Milites patibulo affixi. Tacit.

377. *Cubare, Jacere, Quieſcere.*

CUBARE, *être couché dans un lit, paſſer la nuit.* Cùm iſte etiam cubaret, in cubiculum introductus. Cic. In colle cubare. Cic. Cubat is prope Cæſaris hortos. Hor. Cubare in carcere. Plaut.

JACERE, *être étendu, ſoit ſur un lit, ſoit par terre.* Cùm pater Curio mœrens jaceret in lecto. Cic. Patres hi quos videtis, jacebant in limine. Cic. *Au figuré :* Virtutes jacent. Cic.

QUIESCERE, *ſe repoſer, dormir, de* quies. Qui tantum facinus commiſerunt, non modò ſine curâ quieſcere, ſed ne ſpirare quidem ſine metu poſſunt. Cic. Circa caſam eam in quâ quieſcebat. Cic. *Au figuré :* Dehinc ut quieſcant porrò moneo. Ter.

Ita cubant Eremitæ quidam, ut non prorsùs exporrecti jaceant, nec ſine incommodo feſſi quieſcant.

378. *Culcitra, Pulvinus, Pulvinar.*

CULCITA, *ou* Culcitra, *matelas, d'*inculcare,

Digitized by Google

Culcitra plumea. Cic. Druso adeò alimenta subducta, ut tomentum è culcitâ tentaverit mandere. Senec.

PULVINUS, *oreiller, coussin pour s'asseoir.* Tùm Crassum pulvinum poposcisse, & omnes consedisse. Cic. Pulvinus *se dit des particuliers.* PULVINAR, & Pulvinarium, *étoit un lit, sur lequel on mettoit les statues des Dieux.* Ornare pulvinar Deorum. Virg. Corvum in ædem Junonis devolasse, atque in ipso pulvinario consedisse. Liv. Pulvinar *se dit aussi des particuliers.* Incolumis conjux sua pulvinaria servat. Ovid.

379. *Culeus, Saccus, Uter.*

CULEUS, *sac de cuir.* Insutus in culeo vitam amisit. Cic. *C'étoit le supplice des parricides: on les enfermoit dans un sac de cuir, avec un coq & un serpent.*

SACCUS, *sac pour renfermer différentes choses, du bled, de l'argent,* &c. Saccus frumentarius. Cic. Mensam poni jubet, atque effundi saccos nummorum. Hor.

UTER *est une peau qui servoit à mettre des liqueurs.* Aquam utribus cameli devexerant. Q. Curt. Caput Cyri in utrem humano sanguine repletum conjicitur. Justin.

380. *Culmus, Stramen, Stramentum, Palea, Stipula.*

CULMUS, *le tuyau du bled, qui soutient l'épi.* Geniculato culmo erecta herba. Cic. Ne gravidis procumbat culmus aristis. Virg.

STRAMEN, *paille, chaume qu'on étend, ou pour étendre, de* sternere. Hic juvenem agresti sublimem in stramine ponunt. Virg. Contecta stramine casa. Ovid.

STRAMENTUM, *paille étendue, litiere.* Stramentis incubat. Hor. *On couchoit sur des nattes, avant qu'on se fût avisé de coucher sur des peaux.*

PALEA, *la paille qui sort du van.* Leves volitant paleæ. Virg. Surgentem ad zephyrum paleæ jactentur inanes. Virg.

STIPULA, *les feuilles qui entourent le tuyau du bled, & qui le soutiennent, la fane.* Frumenta in viridi stipulâ lactentia. Virg. Culmusque levis, stipulæque volantes. Virg.

Digitized by Google

381. *Culpare*, *Reprehendere*, *Vituperare*, *Criminari*, *Arguere*, *Improbare*, *Exprobrare*, *Increpare*, *Objurgare*.

CULPARE, *mettre la faute sur quelqu'un*, *de* culpa. REPREHENDERE, *trouver à redire*, *reprendre*. Reprehendere *signifie proprement*, *Retirer en arriere*, *de* re *&* *de* prehendere. Revocat virtus, vel potiùs manu reprehendit. Cic. VITUPERARE, *blâmer*, (quasi) vitium aperire. CRIMINARI, *faire un crime*, *de* crimen. ARGUERE, *manifester*, *condamner*. IMPROBARE, *désapprouver*, non probare. EXPROBRARE, *faire des reproches*, *d'ex* *&* *de* probrum. INCREPARE, *gourmander vivement*. Increpare *signifie proprement*, *faire du bruit*, *de* crepare. OBJURGARE, *réprimander*, *faire une querelle*, *ou un reproche*, *par intérêt ou par amitié*, *de* jurgium.

Laudatur ab his, culpatur ab illis. Hor. Patientiam alicujus culpare. Cic. Studia aliena reprehendere. Hor. Discessum alicujus reprehendere. Cic. Cœlum vituperat ipsum. Phed. Ego tuum consilium vituperare non audeo. Cic. Invidiosè potentiam alicujus criminari. Cic. Hanc metui, ne me criminaretur tibi. Ter. Degeneres animos timor arguit. Virg. Arguere aliquem ex moribus. Cic. Harum rerum nullum erat crimen apertum, quo argui posset. Cic. Primùm improbantur ii quæstus, qui in odia hominum incurrunt. Cic. Negas te posse nec approbare, nec improbare. Cic. Odiosum sanè genus hominum est, officia exprobrantium; quæ meminisse debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Cic. Increpuêre arma. Liv. *Au figuré:* Cùm illius in me perfidiam increparet. Cic. Increpare probris. Liv. Et monendi sæpè amici sunt, & objurgandi. Cic. Aliquem objurgare plurimis verbis. Plaut. Non modò accusator, sed ne objurgator quidem ferendus est is qui, quod in altero vitium reprehendit, in eo ipso deprehenditur. Cic.

Ubi subest aliqua fraus, minùs probos culpare pronum est. Alicujus errorem aut imperitiam vel studio, vel invidiâ reprehendimus. Porrò reprehendere prudentioris est; vituperare factum aut rem, aversantis;

Digitized by Google

criminari, simultatis aut cupiditatis; arguere, rationis & subtilitatis; improbare, existimationis & judicii; exprobrare, insectationis & contumeliæ; increpare, severitatis & vehementiæ; objurgare, auctoritatis & amicitiæ.

382. *Cultura, Cultus.*

CULTURA, *culture, de* colere. Ager quamvis fertilis, sine culturâ fructuosus esse non potest. Cic. Adhibere culturam vitibus. Cic. *Au figuré:* Dulcis inexpertis cultura potentis amici. Hor. Si modò culturæ patientem commodet aurem. Hor. CULTUS, *au propre, labourage.* Aratores cultu agrorum defessi. Cic. *Au figuré, maniere d'honorer ou de soigner, de vivre, de se parer,* &c. Tribuere diligentem cultum alicui. Cic. Hominum cultus & curatio. Cic. Humili cultu aliquem educare. Liv. Religio Deorum cultu pio continetur. Cic. Necessarium vitæ cultum aut paratum requirentes. Cic. Patrios cultus, habitusque locorum. Virg.

383. *Cunæ, Cunabula, Incunabula.*

CUNÆ, *le berceau des enfans.* Et si mihi largiatur, ut ex hâc ætate repuerascam, & in cunis vagiam, valdè recusem, &c. Cic. CUNABULA & INCUNABULA *sont à peu près les mêmes que* Cunæ: *il y a cependant cette différence, que* cunabula & incunabula *ne se mettent gueres que pour le temps ou le lieu de l'enfance.* In cunabulis creatus Consul. Cic. A primis cunabulis. Cic. Gentis cunabula nostræ. Virg. Jovis incunabula Crete. Ovid. Incunabula *se met aussi au figuré, pour les commencemens.* Rudimenta & incunabula virtutis. Sall. Oratoris quasi incunabula. Cic.

384. *Cunctari, Morari, Tardare.*

CUNCTARI & Contari, *signifie proprement, Balancer, comme fait un homme qui interroge.* Quibus rebus cognitis cunctatus non sum in cursu bonorum consiliorum. Cic. Cùm hæsitaret, cùm cunctaretur, quæsivi quid dubitaret proficisci. Cic. Diutiùs cunctari in vitâ. Cic.

MORARI, *arrêter, s'arrêter, de* mora. Non circa

Digitized by Google

vilem patulumve moraberis orbem. Hor. Belli celeritatem morari. Cic. Nil moror officium quod me gravat. Hor.

TARDARE, *retarder*, *de* tardus. Impetum inimici tardare. Cic. Cùm animum ejus ad persequendum negligentia non tardaret. Cic. Impedire profectionem meam videbatur, aut certè tardare. Cic. Ut reliqui hoc timore propiùs adire tardarentur. Cæs.

Cunctatur plerumquè prudens; moratur otiosus; tardatur impeditus.

383. *Cunctator*, *Segnis*, *Tardus*, *Dilator*.

CUNCTATOR *est un homme qui ne précipite rien*. Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum. Liv. Cunctator *est un moindre défaut que* SEGNIS, (quasi) sine igne. Pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat. Liv.

TARDUS, *lent*, *paresseux à faire quelque chose*. Ad referendam gratiam tardior. Cic. Tardus in cogitando. Cic. Tardus *est opposé à* velox. Velox, an tardus sis. Cic.

DILATOR, *qui ne finit rien*, *qui remet toujours*, *de* differre. Dilator, spe longus, iners, aviduſque futuri. Hor.

386. *Cupere*, *Optare*, *Expetere*, *Avere*, *Desiderare*.

CUPERE, *desirer*, *avoir envie*. OPTARE *marque du choix*, *du discernement*. EXPETERE, *rechercher avec empressement*, d'ex. & de petere. AVERE, *avoir une extrême envie*. DESIDERARE *se dit des choses qu'on a eues*, *& qu'on n'a plus*, *trouver de manque*, *regretter*.

Ardenter cupere aliquid. Cic. Neque verò nobis cupientibus atque optantibus fructus otii datus est. Cic. Animo cupienti nihil satis festinanter. Sall. Quæ se inhonestè optavit parare hìc divitias potiùs, quàm in patriâ honestè pauper vivere. Ter. Quodvis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Ter. A Diis immortalibus optare, ut aliquid fiat. Cic. Expetuntur divitiæ tùm ad usus vitæ necessarios, tùm ad perfruendas voluptates. Cic. Quod optabile expe-

Digitized by Google

tendum est. Cic. Valdè aveo scire quid agas. Cic. E quibus unus avet quâvis aspergere cunctos. Hor. Neque enim vires desidero adolescentis. Cic. Desiderârunt te oculi mei, cùm tu esses Cyrenis. Cic.

Quæ videntur bona cupimus ; meliora optamus ; necessaria expetimus ; avemus adamata ; desideramus absentia.

387. *Cupido, Cupiditas, Desiderium, Libido, Libidines, Appetitus.*

CUPIDO, *desir excessif, passion violente d'une chose ; de* cupere. CUPIDITAS *est un desir plus modéré, mais toujours vif.* DESIDERIUM, *desir d'une chose qu'on a eue & qu'on n'a plus.* LIBIDO, *caprice, desir déréglé, de* libet. LIBIDINES *ne se dit que des passions honteuses.* APPETITUS, *appétit, sentiment de besoin, se dit des sens, d'*appetere.

Creverunt & opes, & opum furiosa cupido. Ovid. Cupido atque ira pessimi sunt consultores. Sall. Cupidinibus incœpta patrandi anxius. Sall. Nec leves somnos timor aut cupido sordidus aufert. Hor. Cupiditas ex homine, cupido ex stulto nunquam tollitur ; quòd cupiditas pars quædam sit temperatior defluens ex cupidine. Basil. Faber. Cupiditas & studium defendendæ libertatis. Cic. Si non essem quidem tandiù in desiderio rerum mihi cariissimarum. Cic. Tenet me desiderium urbis videndæ. Cic. Voluntas est quæ quid cum ratione desiderat ; quæ autem ratione adversâ incitata est vehementiùs, ea libido est, vel cupiditas effrænata, quæ in omnibus stultis invenitur. Cic. Agere aliquid cum libidine, non ratione. Cic. Quia apud indignos sæpè erant quasi per libidinem data. Cic. Tarquinium mala libido Lucretiæ per vim stuprandæ cepit. Liv. Nunquàm ille à vestris conjugibus effrænatas suas libidines cohibuisset. Cic. Lateant libidines ejus illæ tenebricosæ, quas fronte & supercilio, non pudore & temperantiâ contegebat. Cic. Ita fit ut ratio præsit, appetitus verò obtemperet. Cic. Appetitus impellit ad agendum. Cic. Animi appetitus reguntur, remittuntur, continentur. Cic. Voluptatis appetitus. Cic.

Digitized by Google

388. *Cura, Curatio.*

CURA, *soin; de* cor urens. Curâ & sumptu absumitur. Ter. De Tirone mihi curæ est. Cic. Quocum mihi conjuncta cura de re publicâ & privatâ fuit. Cic. Ut quàm rectissimè agantur, omni meâ curâ, operâ, diligentiâ, gratiâ providebo. Cic. CURATIO, *dit Dolet*, est in quâ versatur cura; vel, est munus à nobis susceptum, ad quod exequendum curæ nostræ conferuntur. De curatione aliquâ munerum regiorum cum Oppio locutus sum. Cic. Omnes potestates, imperia, curationes ab universo Populo Romano proficisci convenit. Cic. Ædes Telluris est curationis meæ. Cic. *Ce soin me regarde, en vertu de la fonction publique dont je suis chargé.* Curatio *convient bien à la médecine.* Medici gravioribus morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. Cic.

389. *Curia, Forum.*

CURIA, *considéré comme synonyme de* Forum, *le palais où le Sénat s'assembloit, le Sénat même, de* curare. Venit in Curiam frequens Senatus. Cic. Jubet Curia. Cic. Curia *se prend aussi pour une certaine portion du Peuple Romain, qui d'abord étoit divisé en trente bandes.* Si id triginta Curiæ jussissent, num id justum esset ratum? Cic. *Dans la suite, on y en ajouta cinq autres.* Curia *signifie aussi le lieu où l'on s'assembloit pour l'exercice de la Religion.* Saliorum curia erat in palatio. Cic.

FORUM *étoit proprement un lieu destiné au commerce, de* ferre, *parce qu'on y apportoit des marchandises.* Oppidum, forum rerum venalium totius regni maximè celebratum. Sall. Forum *se met aussi pour le Barreau, où l'on jugeoit les procès, parce que c'étoit sous les portiques du* forum *que les causes se plaidoient; on y assembloit le peuple, on s'y promenoit, on s'y rendoit pour les affaires.* Forum litibus orbum. Hor.

390. *Curiosus, Diligens, Attentus, Studiosus, Sedulus.*

CURIOSUS, *trop soigneux, curieux, qui veut tout*

Digitized by Google

savoir, *de* curâ. Ut homini curioso ita perscribe ad me. Cic. Curiosus *se met en bonne & en mauvaise part*. Ita est homo non modò prudens, verùm etiam curiosus. Cic. Curiosus, & negotiis plenus. Cic. Chrysippus ut est in omni historiâ curiosus. Cic. Ista studia, si ad summos viros incitandos spectant, ingeniosorum sunt; si tantummodò ad indicia veteris memoriæ cognoscenda, curiosorum. Cic. In alienâ Republicâ curiosum minimè esse, officium est peregrini. Cic. Ut à diligente curiosus, *dit Quintilien*, & à religione superstitio distat.

DILIGENS, *exact avec jugement & discernement*, *de* diligere, *parce qu'on est exact à faire ce que l'on aime*. In omni genere diligens. Cic. Homo frugi ac diligens, qui sua servare nosset. Cic. Negligentia diligens. Cic.

ATTENTUS, *attentif*, *d'*attendere ad. Attentiores ad rem senes omnes quàm decet. Ter. Durus nimis, attentusque videris esse mihi. Hor. Attenta vita, & rusticana. Cic.

SEDULUS, *soigneux*, (quasi) sine dolo. Assideat custos sedula semper anus. Tibul. Sedulus *marque de l'affectation*. Eloquentes enim videbare, non sedulos velle conquirere. Cic. Et sedulitatem mali poetæ duxerit aliquo tamen præmio dignam. Cic.

STUDIOSUS, *qui aime l'étude*, *de* studium. Suscepi laborem utilem studiosis. Cic. Studiosissimus philosophiæ. Cic. Studiosus *se prend pour attaché*, *zélé*. Ille restituendi mei, quàm retinendi studiosior. Cic. Democritus studiosus nobilitatis. Cic. Attici nostri te valdè studiosum esse cognovi. Cic.

Curiosus plus diligentiæ quàm oportet, impendit rebus vel suis, vel alienis. Diligentes sumus in iis quæ amamus. Attentis animis audimus, attentè nostra tuemur. Studiosè defendimus amicos; studiosis libri sunt utiles. Sedulitate placemus officiosâ.

391. *Currere*, *Volare*, *Ruere*, *Festinare*, *Properare*, *Maturare*, *Celerare*.

CURRERE, *courir*, *aller vîte*. Currere subsidio. Cic.

Digitized by Google

Qui ſtadium currit, niti & contendere debet, ut vincat. Cic. Currere æquor. Virg.

VOLARE, *voler, ſe dit proprement des animaux qui ont des ailes.* Sine pennis volare haud facile eſt. Plaut. Volare, *marque une grande vîteſſe.* Volaſſe eum, non iter feciſſe diceres. Cic. Si ingrederis, curre; ſi curris, advola. Cic. Volat vi fervidus axis. Virg.

RUERE, *ſe précipiter.* Quâ data porta, ruunt venti. Virg. Ruere ad interitum. Cic. At Niſus ruit in medios. Virg.

FESTINARE, *faire avec diligence, & précipitation.* PROPERARE, *ſe preſſer, terminer promptement & à la hâte.* MATURARE, *faire de bonne heure, par précaution.* CELERARE, *faire diligence, avancer.* Feſtinatio improvida eſt, & cœca. Liv. Quæ cauſa cur Romam feſtinaret. Cic. Rem properavi deducere in judicium. Cic. Multa fovent cœlo quæ mox properanda ſereno, maturare datur. Virg. Maturare cœpta. Liv. Quod ut faceres, idque maturares, magnopere deſiderabat Reſpublica. Cic. Agere & celerare ſtatuit. Tacit. Celerare fugam. Virg. Unum quod uno modo ſemper celeraret. Cic.

Feſtinat quem urget neceſſitas, aut cupiditas; celerat qui moræ periculum ſentit; properat qui citiùs quàm diligentiùs conficit, ut aliud agat; maturat qui rem tempeſtivè perfectam cupit.

392. *Curriculum, ſtadium.*

CURRICULUM, *ſe prend pour la courſe, la carriere, & le char même, de* currere. Athletæ in curriculo ſe exercent. Cic. In hoc tam exiguo vitæ curriculo. Cic. Cum te de curriculo petitionis deflexiſſes. Cic. Quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Cic. Sunt quos curriculo pulverem olympicum collegiſſe juvat. Hor.

STADIUM, *eſt proprement un eſpace de cent vingt-cinq pieds: ce fut l'eſpace qu'Hercule donna à la carriere qu'il traça à Olympe.* Cum à Leucopetrâ profectus ſtadia circiter trecenta proceſſiſſem, rejectus ſum auſtro. Cic. Stadium, *ſe prend pour un lieu courbé en demi rond par*

Digitized by Google

les deux bouts, & entouré de degrés pour placer les spectateurs des exercices de la course. Ut in stadio cursores exclamant quàm maximè possunt. Cic. Olympicum stadium. Senec.

393. *Currus, Lectica, Rheda, Pilentum, Carpentum, Plaustrum, Covinus, Essedum, Carrus, Petorritum, Cisium, Thensæ.*

CURRUS, *est proprement le char dont les anciens se servoient à la course, de* currere. Effusi carcere currus. Virg. Domitant in pulvere currus. Virg. LECTICA, *litiere, chaise portée par des esclaves, de* lectus. Verres lecticâ octophoro ferebatur. Cic. Coactus sum in eâdem lecticâ, quâ ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre. Cic. RHEDA, *voiture légere, dont se servoient les grands, pour aller à la guerre, ou à leur maison de campagne, de ῥέω,* fluo. Quem tollere rhedâ vellet iter faciens. Hor. Hanc epistolam dictavi sedens in rhedâ, cum in castra proficiscerer. Cic. PILENTUM, *espece de charriot couvert, & suspendu, à l'usage des Dames Romaines.* Castæ ducebant sacra per urbem pilentis matres in mollibus. Virg. CARPENTUM, *étoit une voiture découverte; ces voitures étoient pour les jours de cérémonie.* Honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad sacra, ludosque, carpentis festo profestoque uterentur. Liv. PLAUSTRUM, *étoit un charriot, une charrette.* Omnia ex fanis, ex locis publicis, palàm spectantibus omnibus, plaustris evecta, asportataque esse. Cic. Se interfectum, in plaustrum à caupone conjectum esse. Cic. Vehere poemata plaustris. Hor. COVINUS, *sorte de charriot de guerre, armé de faux.* Agmina falcifero circumvenit arcta covino. Sil. Ital. ESSEDUM, *charriot pour le combat; ce charriot étoit tiré par des chevaux.* Belgica vel molli melius feret esseda collo. Virg. CARRUS, *voiture à quatre roues, destinée au service de l'armée.* Alteri ad impedimenta, & carros suos se contulerunt. Cæs. Essedis, carrisque superstans armatus hostis, ingenti sonitu equorum rotarumque advenit. Liv. PETORRITUM, *charriot à quatre roues, qui portoit les esclaves, & les bagages.* Esseda festinant, pi-

Digitized by Google

lenta, petorrita, naves. Hor. Ducenda petorrita. Hor. CISIUM, *chaise roulante, à deux roues.* Decem horis nocturnis quinquaginta sex millia passuum cisiis pervolavit. Cic. *C'étoit à peu près la même chose que nos chaises de postes.* THENSA, *brancard destiné à porter les choses sacrées, de* θέος. Te appello, Lentule, cujus sacerdotii sunt thensæ. Cic. Dii omnes, qui thensarum vehiculis solemnes cœtus ludorum initis. Cic.

394. *Curtus, Mutilus, Truncus, Mancus.*

CURTUS, *court, écourté.* MUTILUS, *mutilé.* TRUNCUS, *tronqué, rogné, de* truncus, *tronc d'arbre.* MANCUS, *manchot* (*quasi*) manu carens.

Nunc mihi curto ire licet mulo. Hor. Mutilus cornibus. Cæs. Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat. Vir. Truncum corpus. Q. Curt. *Au figuré:* Curtæ nescio quid semper abest rei. Hor. Nihil curtum nihil redundans. Cic. Mutila oratio. Cic. Mutila & hiantia loqui. Cic. Urbs trunca sine senatu, sine plebe. Liv. Prætura manca, & debilis. Cic. Talibus officiis prope mancum. Hor. In quem manca ruit semper fortuna. Hor.

395. *Custodia, Carcer, Carceres, Ergastulum.*

CUSTODIA, *garde, sentinelle, lieu, où l'on est gardé.* Ut piger annus pupillis quos dura premit custodia matrum. Hor. Fida canum custodia. Cic. Noctem custodia ducit insomnem ludo. Virg. Emitti è custodiâ, & levari vinculis. Cic.

CARCER, *est un lieu où l'on renferme les criminels, un lieu d'effroi, du grec* καρκαίρω, *trembler.* Ancus Martius carcerem ad terrorem crescentis audaciæ mediâ urbe imminentem foro ædificavit. Liv. Carcer scelerum vindex. Cic. CARCERES, *étoit la partie du cirque, où au signal donné, les barrieres s'ouvroient, & d'où les chevaux & les chars partoient tous ensemble pour courir dans l'arène.* In circo primo, unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres. Varr. Ut cùm carceribus sese effudêre quadrigæ. Virg. Ut in quadrigis, qui vix è carceribus exierit. Cic. *Virgile a employé* carcer *dans le même*

Digitized by Google

sens. Ruuntque effusi carcere currus. *Au figuré :* Nec velim quasi decurso spatio ad carceres à calce revocari, Cic.

ERGASTULUM, *prison, où l'on renfermoit les esclaves qui étoient à la chaîne,* ἀπὸ τοῦ ἔργου, *ouvrage.* Quatumque ibit, ergastula solvit. Cic. Quid facies, talem sortitus, Pontice, servum ? Nempe in Lucanos, aut Tusca ergastula mittas. Juvenal.

396. *Cutis, Pellis, Corium, cortex.*

CUTIS, *du grec* κύτος *est la peau lorsqu'elle est sur le corps.* Si quid intra cutem subest vulneris. Cic. *On ne diroit pas si bien,* pellem. In cute curandâ plus æquo operata juventus. Hor.

PELLIS *est proprement la peau, lorsqu'elle est écorchée.* Pellis caprina. Cic. Erepta juvenco pellis operit humeros. Virg.

CORIUM, *est une peau apprêtée, un cuir.* Ut canis à corio nunquam absterrebitur uncto. Hor. Corium, *ne se dit que d'une peau forte, comme celle d'un bœuf.*

CORTEX, *est proprement l'écorce des arbres.* Obducuntur cortice trunci, quò sint à frigoribus & caloribus tutiores. Cic.

D.

397. *Damnosus, Noxius, Nocens, Perniciosus, Exitiosus, Exitialis.*

DAMNOSUS, *dommageable, qui cause de la perte,* de demere. NOXIUS, *nuisible, qui peut nuire.* NOCENS, *qui nuit actuellement.* PERNICIOSUS, *qui cause la ruine ou la mort, pernicieux,* de per, & de nex. PERNICIOSUS, *se dit par par rapport aux particuliers, & à ce qui leur appartient.* EXITIOSUS & EXITIALIS, *désastreux, se dit plutôt par rapport aux villes, aux états, aux corps, &c. avec cette différence, qu'*exitiosus *signifie proprement,* exitium ferens, exitii plenus; & exitialis, ad exitium inferendum aptus. *Ainsi quoique* perniciosus, exitiosus, exitialis *puissent très-souvent s'employer assez indifféremment, je crois qu'on diroit bien au propre ;* Perniciosa fuit

Digitized by Google

Henrico secundo Regi cum hastatis ultima decursio; exitiosa fuit Gallis omnibus Siculorum conjuratio; exitialis omnium gentium libertati surgebat Romanorum potentia.

Damnosa famæ reique mulier. Liv. Damnosa libido. Hor. Damnosè bibere. Hor. Nisi vindicatum in noxios, quid erit reliquum? Cic. Qui noxii ambo, alter in alterutrum causam conferant. Liv. Noxia spicula. Ovid. vita turpis, & nocens. Cic. Se avariſſimi hominis cupiditati satisfacere posse, nocentissimæ victoriæ non posse. Cic. Herbæ nocentes. Hor. Assentatio perniciosa. Cic. Perniciosior morbus. Cic. Pernicioſæ leges. Cic. Obsequium ventris mihi perniciosius est. Hor. Exitiosa conjuratio. Cic. Exitiosum prodigium. Cic. Exitialis eventus. Liv. Donum exitiale Minervæ. Virg. Exitiabile bellum. Cic.

398. *Damnum, Detrimentum, Dispendium, Jactura, Incommodum.*

DAMNUM, *perte d'une chose que l'on possédoit, de* demere. DETRIMENTUM, *perte occasionnée par l'user, de* deterere. DISPENDIUM, *frais, coût, de* dis, *&* pendere. JACTURA, *est proprement la perte d'une chose qu'on jette dans la mer, de* jacere: *il se prend plus généralement.* INCOMMODUM, *géne, inconvénient, échec peu considérable*, non commodum.

Damnum Gracchi immaturo interitu res Romanæ Latinæque fecerunt. Cic. Quòd declamationibus nostris cares, damni nihil facis. Cic. Quidquid sine detrimento commodari potest, id tribuatur cuique. Cic. Sarcire detrimentum. Cic. Sine sumptu, sine dispendio. Ter. Si quid adversi coortum est, de illis potissimùm jactura fit, quia pretii minimi sunt. Sall. Facere jacturam rei familiaris. Cic. Provincia sumptibus & jacturis exhausta. Cic. Humani generis jactura. Ovid. Multa senem circumveniunt incommoda. Hor. Leniunt incommoda vitæ commodorum compensatione sapientes. Cic. Non ob ea solùm incommoda, quæ eveniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus. Cic. Tempsanum incommodum, *dit Ciceron au sujet de Temeze, dont les esclaves s'étoient emparés.*

Digitized by Google

399. *Dapes, Epulæ, Epulum, Ferculum, Esculentum, Opsonium.*

DAPES, *mêts recherchés, de* δαίειν, *faire un festin.* EPULÆ, *régal.* EPULUM, *ne se dit que d'un repas public, donné au peuple pour quelque réjouissance, ou quelque cérémonie de religion.* FERCULUM, *est proprement une machine à porter une pompe, de* ferre; *il se prend pour les mets d'un repas.* ESCULENTUM, *se dit de tout ce qui est bon à manger.* OBSONIUM, *se dit des viandes, & de toutes les provisions de bouche, excepté le pain, & le vin, d'*ὀψώνιον.

Dapibus epulamur opimis. Virg. Non Siculæ dapes dulcem elaborabunt saporem. Hor. Regum epulæ. Hor. Mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Cic. Libationes, epulæque ludorum publicorum. Cic. Is cùm epulum populo Romano daret. Cic. Ita enim illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. Cic. Spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id aptè ferculo gerens, in Capitolium ascendit. Liv. Cavendum est, ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur. Cic. Multaque de magnâ supereressent fercula cœnâ. Hor. Ea pars oris, quâ esculentis & poculentis iter natura patefecit. Cic. Omnia conductis coemens opsonia nummis. Hor. At vos, præsentes austri, horum coquite opsonia. Hor.

400. *Dare, Dedere, Donare, Tradere.*

DARE, *donner, accorder.* DEDERE, *livrer, abandonner.* DONARE, *faire un présent, gratifier (quasi)* dono dare. TRADERE, *transmettre, livrer,* trans dare.

Dare pignori. Cic. Dare se ad aliquam rem faciendam. Cic. Da hoc illi mortuo, da cæteris amicis ac familiaribus, da patriæ. Cic. Dare negotium alicui. Cic. In viam se dare. Cic. Convocato concilio, cùm omnes dandum colloquium censuissent. Cic. Constrictum aliquem dedere hostibus. Cic. Tibi, pater, me dedo: quidvis oneris impone, impera. Ter. Quibus hominibus aures sint deditæ meæ. Cic. Litterisà pueritiâ deditus. Cic.

Digitized by Google

Laureâ donandus Apollinari. Hor. Donare alicui multa largè. Cic. Vir nemo bonus ab improbis se donari vult. Cic. Quidquid quæsierat, ventri donabat avaro. Hor. De manu in manum tradere. Cic. In custodiam tradere, Cic. Ad supplicium tradere. Liv. Inimicitias posteris tradere. Cic. Artificium disputandi tradere. Cic.

401. *Dare manus*, *Tendere manus.*

DARE MANUS, *se rendre*, *s'avouer vaincu.* Jamjam efficaci do manus scientiæ supplex. Hor. Tandem dat Cotta manus, permotus superiore sententiâ. Cæs. Sapienter igitur quòd manus dedisti, quòdque etiam ultrò gratias egisti. Cic. TENDERE MANUS, *tendre les mains*, *être suppliant.* Omnes manus ad Consulem tendentes pleni lacrymarum. Liv. Supplex manus tendit patria communis. Cic. Hedui manus tendere, deditionem significare. Cæs.

402. *Dare in manum*, *Per manus dare.*

IN MANUM DARE, *donner à la main.* Dedi minas quadraginta adolescenti ipsi in manum. Plaut. Dare in manus argentum alicui. Plaut. PER MANUS DARE, *donner de main en main.* Per manus tractus servatur. Cæs. Nonnullæ de muris per manus demissæ, sese militibus tradebant. Cæs. *Au figuré :* Disciplina militaris tradita per manus jam inde ab initio. Liv. Si nobis cum urbe simul positæ, traditæque per manus religiones nullæ essent. Liv.

403. *Debilis*, *Infirmus*, *Imbecillis*, *Imbellis*, *Invalidus*;

DEBILIS, *de* debere, *est un homme à qui il manque quelque chose*, *qui est privé de quelque faculté naturelle, ou de quelque membre.* INFIRMUS, *est un homme mal constitué*, *qui ne peut agir*, *ou supporter ce qui lui arrive*, non firmus. IMBECILLUS *ou* IMBECILLIS, sine baculo, *est un homme qui manque de nerf ou de vigueur.* IMBELLIS, sine bello, *est un homme lâche*, *mou*, *qui n'est pas propre à la guerre*, *qui n'a point de guerre.* INVALIDUS, *est un homme à qui les forces manquent*, non validus.

Membra

Digitized by Google

Membra metu debilia. Ter. Debilis aliquâ parte animi. Cic. Debilis senex. Cic. Assidamus, si placet, sum enim infirmus. Cic. Caput infirmum. Hor. Valetudo infirma. Cic. Imbecillus filius. Cic. Marius & valetudine est, & naturâ imbecillior. Cic. Imbelles hostes. Liv. Imbellis annus. Liv. Invalidi milites. Liv. Ad munia corporis senectâ invalidus. Liv. Invalidique patrum referant jejunia nati. Virg. *Au figuré:* Ferrum debile. Virg. Animus infirmus pueris. Ter. Medicina imbecillior, quàm morbus. Cic. Consilium imbecillum. Cic. Telumque imbelle sine ictu conjicit. Virg. Invalidi ignes. Tacit.

404. *Debitio, Debitum.*

DEBITIO, *obligation de payer, redevance, de* debere. Quintius de emendo nihil curat, satis enim torquetur debitione dotis. Cic. Dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ. Cic. DEBITUM, *dette, le dû.* Priusquam Fundanio debitum solutum esset. Cic. Ne existimes eos, qui non debita consectari soleant, quod debeatur remissuros. Cic. *Je dirois bien:* Mihi quidem ita debitio molesta est, ut extemplò debitum semper exsolvam.

405. *Decertare, Confligere, Digladiari.*

DECERTARE, *décider par la force, de* de, *&* *de* certare. Expetenda quidem magis est decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo. Cic. Decertare manu. Cic. Decertare armis. Cæs. *Ciceron a cependant dit:* Genera decertandi duo, unum per disceptationem, alterum per vim.

CONFLIGERE, *se heurter, de* cum, *&* *de* fligere. Adversi, rupto ceu turbine, venti confligunt. Virg. *Au figuré:* Ipsæ causæ inter se confligunt. Cic. Ratione confligere. Cic.

DIGLADIARI, *ferailler*, dis gladiari, *de* gladius. Digladientur illi, per me licet, cui nihil est necesse, &c. Cic. *Au figuré:* Digladiari cum aliquo voluminibus. Cic.

406. *Decet, Convenit, Oportet, Opus est, Necesse est.*

Decere aliquid dicimus ex honestate, aut ex habitu

Digitized by Google

quodam naturali ; convenire, ex anteactis, ex decretis, ex promissis. Decere declarat quasi aptum esse, consentaneumque personæ, & tempori, quod in omnibus valet. Cic. Ista decent humeros gestamina nostros. Ovid. Lacrymæ decuêre pudicam. Ovid. Quo ex Senatûs-consulto confestim interfectum te esse, Catilina, convenit. Cic. Vos his malis mederi convenit. Cic. *On dira bien* : Nemo nescit quis mulierem, quis virum ornatus deceat : quid obstrictum sacramento militem facere conveniat.

OPORTET, *il faut, c'est une obligation de devoir*, d'opera. Oportere est consentaneum esse officio. Cic. Est aliquid, quod non oporteat, etiamsi licet ; quidquid verò non licet, certè non oportet. Cic. Oportet putare, & convenit arbitrari. Cic.

OPUS EST, *se rapporte aux besoins, aux circonstances.* Si loquor de Republicâ quod oportet, insanus ; si quod opus est, servus existimor. Cic.

NECESSE EST, *il est nécessaire*, *de* nectere. Non oportet modò fieri, sed etiam necesse est. Quintil. Ferre legem Consuli opus esse, sibi necesse non esse. Cic. Emas non quod opus est, sed quod est necesse. Sen. Corpus mortale aliquo tempore interire necesse est. Cic.

407. *Decidere, Decernere, judicare, Dijudicare, Statuere, Transigere.*

DECIDERE, *couper*, *retrancher*, cædere de. DECERNERE, *décider*, *décerner*, *ordonner*, *de* cernere, *partager*. JUDICARE, *juger*, *de* jus dicere. DIJUDICARE, *juger entre deux*, *de* dis, *& de* judicare. STATUERE, *fixer à une place.* TRANSIGERE, *signifie proprement percer d'outre en outre*, d'agere trans.

Au propre : Decisis humilem pennis. Hor. Uno judicio de omnibus fortunis decernere. Cic. Decernere bellum. Liv. Imperium decernere alicui. Cic. Ita perspicuum sit, ut oculis judicare possitis. Cic. De meo sensu judico. Cic. utrùm igitur inter has sententias dijudicare malumus, an ad propositum redire ? Cic. Dijudicare uter utri virtute anteferendus sit. Cic. Ac nunc disturba, quas statuisti, machinas. Ter. Tabernacula statuere in foro. Liv. Gladio se ipsum transegit. Tacit.

Digitized by Google

Au figuré : Res ad istum defertur, & istius more deciditur. Cic. Decidis statuisque quid iis ad denarium solveretur. Cic. Stipendium alicui statuere de publico. Liv. Multitudinem rerum uno tempore transigere. Cic. Pro sociis transigere. Cic. Transacta omnia. Ter.

Decidit aut arrogans, ut vir gravis ac peritior videatur ; aut potestatem habens, ut in rebus indefinitis aliquid certum ac determinatum sit. Decernit qui post deliberationem aliquid statuit ; aut qui controversiam sive judicio, sive prælio dirimendam permittit. Judicat qui auditis utrinque argumentis, ex jure sententiam aperit. Dijudicat, qui res implicatas aut confusas expediens verum detegit. Statuit, qui ratum & fixum quod non erat, permanere vult. Transigit qui omni curâ & molestiâ prorsùs defungi cupit.

408. *Decipere, Deludere, Inescare, Fallere, Fraudare.*

DECIPERE, *attraper, duper, de* de *&* *de* capere. DELUDERE, *jouer, se jouer de.* INESCARE, *amorcer, d'in & d'esca.* FALLERE, *tromper.* FRAUDARE, *ne pas rendre ce qui est dû, de* fraus.

Quæ deceptus dolo quis promiserit. Cic. Decipimur specie recti. Hor. Deludi vosmet ipsos diutiùs à Tribuno plebis patiemini ? Cic. Aut quæ sopitos deludunt somnia sensus. Virg. Exercetque cibo delusum guttur inani. Ovid. Sicut multa animalia cibo inescantur, sic homines non caperentur, nisi aliquid morderent. *Au figuré :* Annibal id damnum haud ægerrimè pati, quin potiùs credere velut inescatam temeritatem ferocioris Consulis. Liv. Perditissimi est hominis fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset. Cic. Possum falli ut humanus. Cic. Spem fallunt casus. Cic. Creditores fraudare. Cic. Stipendia fraudare. Cæs. Debito fraudari. Cic. Genium suum defraudare. Ter. *Se refuser le nécessaire.* Se fructu victoriæ defraudare. Liv.

Mentiendo credulos fallimus ; astu, dolo, specie decipimus incautos ; umbrâ & imagine deludimus imperitos ; objectâ prædâ inescamus avidos ; fructu debito fraudamus expectantes.

Digitized by Google

409. *Declamare, Legere, Recitare.*

DECLAMARE, *déclamer, s'exercer sur des sujets feints,* de clamor. LEGERE, *lire, parcourir des yeux.* RECITARE. *lire à haute & intelligible voix.* Ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, ut fremitum assueseceret voce vincere. Cic. Declamare doces. Juvenal. Scripta legere secum. Ovid. Quem semel arripuit, tenet, occiditque legendo. Hor. Litteras in Senatu recitare. Cic. Edictum recitare. Cic. Scripta recitant in medio foro. Hor.

410. *Decolor, Discolor.*

DECOLOR, *qui a perdu sa couleur.* Et quascunque bibit decolor Indus aquas. Ovid. Sanguis decolor. Cic. *Au figuré:* Fama pervenit ad aures decolor. Ovid, Ætas decolor. Virg. DISCOLOR, *d'une couleur différente, de* dis, *&* de color. Ut discoloribus signis juratorum hominum sententiæ notarentur. Cic. Discolor unde auri per ramos aura refulsit. Virg. *Au figuré:* Ut matrona meretrici dispar erit, atque discolor, infido scurræ distabit amicus. Hor.

411. *Decreta, Jussa.*

DECRETA, *parlant du Senat;* JUSSA, *parlant du peuple.* Nutus ejus pro decretis Patrum, pro populi jussis esse. Liv. Decernit Senatus, populus jubet. Cic.

412. *Decretum, Edictum, Plebiscitum, Senatûs decretum, Senatûsconsultum, Senatûs auctoritas.*

DECRETUM, *de* decernere: *on appelloit* decretum, *une sentence émanée des Magistrats assemblés; c'est le résultat d'une délibération.* Senatus, à quo sæpe munificentissimis decretis honestati sumus. Cic. Decretum, *appliqué au Senat, étoit à peu près ce que nous appellons un arrêté.* Decretum *est plus général que* Senatûsconsultum: *tout senatusconsulte est* decretum; *mais tout* decretum *n'est pas* Senatûs-consultum. Senatûs-consultum *étoit une loi ou réglement, qui devoit être observé, à moins que le peuple ne l'eût rejetté. Pour donner le nom*

Digitized by Google

de Senatûs-consultum, *il falloit qu'il n'y eût point d'opposition, que le Sénat eût été assemblé selon les loix, en tems & lieu, & qu'il y eût un nombre de Sénateurs suffisant* (*c. à d.*) *au moins deux cents; autrement ce décret s'appelloit* Senatûs auctoritas; *on l'écrivoit néanmoins dans les registres publics.* Auctoritas perscripta. Cic. *On a écrit les noms de ceux qui étoient présens, quand on a rendu l'arrêt.* Senatûs decretum *n'étoit qu'une partie du* Senatûs-consultum. EDICTUM, *édit émané d'un Prince, ou d'un Magistrat souverain.* Flaccus sanxit edicto, ne frumentum ex Asiâ exportari liceret. Cic. Edictum Prætoris. Cic. PLEBISCITUM, *ordonnance du peuple, de* sciscere. Minuere plebiscitis Senatoriam dignitatem. Cic.

413. *Decurio, Senator.*

DECURIO, *étoit proprement dans les villes municipales ce qu'étoit* Senator *à Rome, de* decem, *& de* curia. Recita quid decreverint Capuæ Decuriones. Cic. Decretum Decurionum. Cic. Decurio *se prend aussi pour le chef d'une décurie, Capitaine de dix soldats.* SENATOR, *Sénateur, de* senex, *parce que dans les premiers tems on les choisissoit parmi les vieillards.* Senatores qui consilio & prudentiâ regere Rempublicam possent. Cic.

414. *Decursus, Excursus, Incursus.*

DECURSUS, *écoulement, descente,* currere de. Aut ubi decursu rapido de montibus altis dant sonitum spumosi amnes. Virg. Subitus ex collibus Albanorum decursus. Liv. *Au figuré: Cours, suite, carriere.* Decursus honorum. Cic. Quasi decursus temporis. Cic. EXCURSUS, *excursion, course d'un lieu, course au dehors.* Breves excursus tentare. Virg. Via illa excursibus barbarorum est infesta. Cic. INCURSUS, *incursion, course sur.* Primo statim incursu pulsi hostes. Liv. Hostium tela & incursus refugit. Cic. Luporum incursus. Vig. Undarum incursu sonat unda. Ovid.

415. *Decus, Decor, Decorum, Species, Dignitas, Venustas, Pulchritudo.*

DECUS, *honneur, ornement, de* decet. DECOR,

Digitized by Google

beauté, bonne mine, pour ce qui regarde le visage & la taille. DECORUM, *bonne grace, bienséance, pour ce qui regarde les actions, & la maniere d'agir.* SPECIES, *est ce qui paroît au dehors, de l'inusité* spicere. DIGNITAS, *noblesse, mérite.* VENUSTAS, *bonne grace, de* Venus. PULCHRITUDO, *beauté, se dit proprement de ce qui frappe la vue.*

Decus & laus civitatis. Cic. Decus, & lumen imperii Romani Cn. Pompeius. Cic. Per hoc inane purpuræ decus. Hor. Inest proprius quibusdam decor in habitu atque vultu. Quintil. Scias nec gratius quicquam decore, nec brevius. Suet. Divini signa decoris. Virg. Id decorum esse volunt, quod ita naturæ consentaneum sit, ut in eo moderatio, & temperantia appareat cum specie quâdam liberali. Cic. Oris species. Liv. Ferre præ se speciem viri boni. Cic. Eximia pulchritudinis species. Cic. Veri species. Cic. Oris dignitas. Cic. Pulchritudinis duo genera sunt, quorum in altero venustas, in altero dignitas: venustatem muliebrem ducere debemus, dignitatem virilem. Cic. Auctoritas dignitasque formæ non defuit. Suet. Ex Venere venustas dicta est. Cic. Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine. Cic. *Au figuré:* Venustas dicendi. Cic. Pulchritudo corporis aptâ compositione membrorum movet oculos. Cic. Oris pulchritudo. Cic. *Au figuré:* Pulchritudo virtutis. Cic.

416. *Dediscere, Oblivisci.*

DEDISCERE, *désapprendre, de* de *& de* discere. Ob eamque causam juventus nostra dedisceret penè discendo. Cic. Dedidicit loqui. Ovid. Dediscunt naturam. Q. Curt. OBLIVISCI, *oublier, ne pas se souvenir.* Et nescio quid tibi sum oblitus hodiè ac volui dicere. Ter. Veteris contumeliæ oblivisci. Cæs. Dignitatis suæ oblivisci. Cic. Amissos jam hinc obliviscere Graios. Virg.

Dediscit, qui ea quæ didicerat obliviscitur: obliviscitur, qui ea quæ audierat aut viderat, ex memoriâ deponit.

Digitized by Google

417. *Deditio, Subjectio.*

DEDITIO, *reddition, ſoumiſſion, de* dare. SUBJECTIO, *expoſition claire d'une choſe, ſuppoſition, de* ſub *&* *de* jacere. Subigere ad deditionem imperii. Liv. Venire in deditionem. Cæſ. Rerum, quaſi gerantur, ſub aſpectum penè ſubjectio. Cic. Subjectio teſtamentorum. Cic. *On ne trouve point* ſubjectio *dans les bons Auteurs, pour ſoumiſſion.*

418. *Deducere, Diducere, Derivare.*

DEDUCERE, *conduire de haut en bas, conduire d'un lieu dans un autre, de* de *&* *de* ducere. DIDUCERE, *conduire en divers lieux, partager, de* dis *&* *de* ducere. DERIVARE, *détourner*, (quaſi) è rivo ducere. Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam. Virg. Deducere de roſtris conantem concionari. Cæſ. Frequenteſque eum domum deduxerunt. Cic. Nam eò quoque colonos P. Rupillus deduxit. Cic. Dimittendæ plures manus, diducendique erant plures milites. Cæſ. Diducere aciem in cornua. Liv. In contrarias partes diducere. Cic. Ab aliquo aquam derivare. Plaut. *Au figuré:* Hoc fonte derivata clades. Hor. Dicam non derivandi criminis causâ. Cic. Aliò reſponſionem ſuam non derivavit. Cic.

419. *Deeſſe, Deficere.*

DEESSE *ſe dit de ce qu'on n'a point;* DEFICERE, *de ce qu'on n'a plus.* Deficere *ſuppoſe qu'on avoit auparavant une choſe, & qu'elle eſt venue à manquer; au lieu que* deeſſe *exprime ſeulement l'abſence, le beſoin d'une choſe.* Non ratio, verùm argentum deerat. Ter. Non liquidi gregibus fontes, non gramina deſunt. Virg. Deficit illum prudentia. Cic. Omnia colligo, ut novi ſcribam aliquid ad te; ſed, ut vides, res me ipſa deficit. Cic. Diſcentes vita deficit. Cic. *On ne dit point,* id mihi deficit; *on met toujours l'accuſatif.*

420. *Defendere, Protegere, Propugnare, Tueri.*

DEFENDERE *ſignifie proprement, Eloigner, de l'inuſité*

Digitized by Google

fendere, *choquer, éloigner.* PROTEGERE, *mettre à couvert*, tegere pro. PROPUGNARE, *combattre pour la défense*, pugnare pro. TUERI, *mettre en sûreté.* Æstatem capellis defendere. Hor. Hunc, oro, defende furorem. Virg. Defendere pericula civium. Cic. A quo periculo defendite civem fortem atque innocentem. Cic. Fugæ præsidio vitam defendere. Cic. Defendebat hostes ab oppido. Gell. *Il repoussoit les ennemis.* Africanus in acie M. Halienum scuto protexit. Cic. Dùm genitor nati parmâ protectus abiret. Virg. Ego jacentem & spoliatum defendo & protego. Cic. Propugnare commoda patriæ. Cic. Propugnare pro æquitate. Cic. Populos universos tueri, iisque optimè consulere. Cic. Non legum præsidio, sed parietum, vitam suam tuebantur. Cic. Fines suos ab hoste tueri. Cic. Concordiam conglutinatam tueri. Cic. Tueri, *en poésie, est souvent pris pour voir, regarder.* Dicentem aversa tuetur. Virg.

421. *Defervescere, Refrigescere.*

Refrigescere *dit beaucoup plus que* Defervescere. DEFERVESCERE *est cesser de bouillir*, *de* de & *de* fervere; REFRIGESCERE, *se refroidir*, *de* re & *de* frigus. *Au propre*: Defervet æstus. Varr. Concretus adeps refrixit. Plin. *Au figuré*: Dùm deferveſcat ira. Cic. Cùm adolescentiæ cupiditates deferbuissent. Cic. Belli apparatus refrigescunt. Cic. Cùm Romæ à judiciis forum refrixerit. Cic. Calor cogitationis scribendi morâ refrigescit. Quintil.

422. *Deflectere, Divertere, Diversari.*

DEFLECTERE, *fléchir, ployer.* Ramum deflectere, & ad crus arboris religare. Colum. *Au figuré*: Lumina deflectere. Ovid. Sententiam deflectere. Cic. Deflectere *se prend au neutre, & c'est dans ce sens qu'il est synonyme des deux autres.* Deflectere de viâ. Cic. *Au figuré*: Deflexit consuetudo de spatio curriculoque Majorum. Cic. Si qui tantulùm de rectâ religione deflexerint. Cic.

DIVERTERE & Diverti, *du chemin où l'on étoit se rendre à quelque endroit.* Divertere in villam. Cic.

Digitized by Google

Diverterat ad Terentiam ſalutatum. Cic. *Au figuré:* Inferior virtute meas divertor ad artes. Ovid. DIVERSARI, *non-ſeulement du chemin où l'on étoit ſe rendre à quelque endroit, mais y ſejourner plus ou moins.* Apud quem diverſatus eſt. Cic. In domo aliquâ diverſari. Cic. Divertere *ſe prend auſſi pour aller de différens côtés. C'eſt dans ce ſens que Plaute a dit au figuré:* Divertunt mores virgini longè ac lupæ.

423. *Deformitas, Deformatio, Pravitas.*

DEFORMITAS, *difformité, laideur, de* de & *de* forma. Undè ille habitus? undè deformitas? Liv. Deformitas corporis. Cic. *Au figuré:* Deformitas animi. Cic. Deformitas fugæ. Cic. DEFORMATIO, *l'action de défigurer:* Deformatio *ne ſe dit qu'au figuré.* Ut ſuæ quiſque conditionis oblitus, ab illâ deformatione tantæ majeſtatis, velut à nefando ſpectaculo averteret oculos. Liv. *parlant de la défaite des fourches Caudines.*

PRAVITAS, *vice de conformation, de* pravus, *tortu.* Vitium, cum partes corporis inter ſe diſſident, ex quo pravitas membrorum, diſtortio, deformitas. Cic. Pravo vivere naſo. Hor. Pravis fultum malè talis. Hor. Pravitas oris. Cic. *Au figuré:* Animi pravitates rectè vitia dicuntur. Cic. Quæ eſt iſta pravitas? quæve eſt amentia? Ter. Ingenio magno pravoque. Sall. *Eſprit de travers.*

424. *Degredi, Digredi.*

DEGREDI, *deſcendre, de* de & *de* gradi. Ubi degreſſos tumulis montanos videt. Liv. Poſtquàm Alpibus degreſſi ſunt. Tacit. DIGREDI, *ſe retirer ailleurs, de* dis & *de* gradi. Poſtero die cùm ab eo digreſſus eſſem. Cic. *Au figuré:* De causâ digredi. Cic. Undè digreſſa eſt oratio. Cic.

425. *Dejicere, Disjicere, Deturbare, Diſturbare, Exturbare, Proturbare, Præcipitare.*

DEJICERE, *abattre, jeter de haut en bas, de* de & *de* jacere. DISJICERE, *jeter çà & là.* DETURBARE, *renverſer avec violence & confuſion.* DISTURBARE, *confondre, mettre en déſordre.* EXTURBARE, *chaſſer*

Digitized by Google

avec violence. PROTURBARE, *pouſſer en avant*, porrò turbare. PRÆCIPITARE, *précipiter*, *de* præ & *de* caput. De ponte aliquem dejicere. Cic. Disjectam Æneæ toto videt æquore claſſem. Virg. Res ſparſæ, & vagè disjectæ. Cic. Puppi deturbat ab altâ. Virg. Deturbare aliquem de tribunali. Cic. Pontes diſturbat. Cic. Diſturbare domum alicujus. Cic. Exturbare civem innocentem è civitate. Cic. Miſſilibus ſaxis proturbare hoſtes. Liv. Præcipitare ſeſe de turri. Liv. Vivus in occultas præcipiteris aquas. Ovid. *Au figuré* : Præturâ dejectus eſt. Cic. Sua quemque fraus, ſuum facinus, ſuum ſcelus de ſanitate ac mente deturbat. Cic. Vitæ ſocietatem diſturbare. Cic. Vi & armis diſturbare judicia. Cic. Ægritudinem ex animo exturbare. Cic. Ira furorque mentem præcipitant. Virg. Me certè ad exitium præcipitantem retinuiſſes. Cic.

426. *Deindè, Tùm, Poſt, Poſteà.*

DEINDÈ, *en ſecond lieu ;* TUM, *en troiſieme lieu ;* POST *ou* POSTEA, *en quatrieme lieu.* Præcipitur primùm, ut purè loquamur ; deindè, ut dilucidè ; tùm, ut ornatè ; poſt, ad rerum dignitatem aptè. Cic. *Et ailleurs* : Ut deberet reperire primùm quid diceret ; deindè inventa ordine diſponere ; tùm ea veſtire oratione ; poſt memoriâ ſepire ; ad extremum agere cum dignitate.

427. *Delapſus, Dilapſus.*

DELAPSUS, *tombé de haut en bas*, *de* de & *de* labi. Signum de cœlo delapſum. Cic. Delapſa de manibus arma. Cic. *Au figuré :* Delabi in aliquod vitium. Cic. DILAPSUS, *diſperſé*, *diſſipé*, *qui a coulé de différens côtés*, *de* dis & *de* labi. Glacies calore liquefacta & dilapſa diffunditur. Cic. Fluvius in duas partes diviſus, rapidèque dilapſus citò in unum confluit. Cic. Malè parta malè dilabuntur. Sall.

428. *Delectamentum, Delectatio, Oblectamentum, Oblectatio, Deliciæ, Voluptas.*

DELECTAMENTUM *eſt ce qui cauſe le plaiſir*, *de* de &

Digitized by Google

de lacire, *enchaîner, tenir dans ses filets.* DELECTATIO, *le plaisir même, la sensation du plaisir.* OBLECTAMENTUM, *ce qui cause le divertissement.* OBLECTATIO, *divertissement, récréation.* DELICIÆ, *délices, charmes, de* lacire. Deliciæ *se dit de l'objet, il exprime les charmes & les attraits qu'on y trouve.*

Possum persequi multa delectamenta rerum rusticarum. Cic. Mira quædam in cognoscendo suavitas & delectatio. Cic. Erat ei in oblectamentis serpens. Suet. Oblectatio otii. Cic. Sempronius, mel & deliciæ tuæ. Cic. Deliciarum & voluptatis causâ. Cic. In deliciis esse alicui. Cic.

Oblectamenta quærit otiosus ludendo, spectando, jocando, ambulando. Delectamenta reperit occupatus, studendo, legendo, operando. Oblectatione tædium fallimus; delectatione ducitur animus; deliciis corrumpitur.

VOLUPTAS, *plaisir, du vieux mot* volupe, *qui se trouve dans Plaute, venant de* volo. Voluptas *se dit de l'ame, ou de l'ame & du corps en même temps: il exprime l'agréable sensation qu'elle éprouve.* Verbo voluptatis omnes qui ubique sunt, qui Latinè sciunt, duas res subjiciunt, lætitiam in animo, commotionem suavem in corpore. Cic. Omne id quo gaudemus, voluptas est, ut omne quo offendimur, dolor. Cic. Voluptas *se prend plus souvent en mauvaise part, surtout au pluriel.* In voluptatis regno virtus non potest consistere. Cic. Sperne voluptates; nocet empta dolore voluptas. Hor.

In deliciis libros habet vir litterarum studiosus, quòd ex iis maximum capiat voluptatis fructum.

429. *Delectus, Lectio, Electio.*

DELECTUS, *choix, triage, de* legere. Omnium rerum delectum atque discrimen pecunia sustulit. Cic. Delectus verborum origo est eloquentiæ. Cic. Habere delectum civis & peregrini. Cic. Delectum militum habere. Cæs. LECTIO, *lecture, élection.* Lucullus mirificè delectabatur lectione librorum, de quibus audiebat. Cic. Ut vos judices legere auderet, quorum

Digitized by Google

lectione duplex imprimeretur Reipublicæ dedecus. Cic.

ELECTIO, *action de choisir.* Initia, quorum ex electione virtus posset existere. Cic.

Electio fit inter paucos, aut contendentes; lectio, inter multos, aut promiscuè oblatos. *Lorsqu'il s'agit de charges ou de fonctions importantes, si ceux qui les conferent, en ont le droit par la loi, on dit alors* creare; *si l'élection est faite par d'autres hors de Rome & sans les formes ordinaires, on dit* legere. Marcius militari suffragio lectus ad tempus. Liv.

430. *Delere, Obliterare, Abolere.*

DELERE, *effacer un enduit, de* de *&* *de* linere. Jam scripseram, delere nolui. Cic. Cùm tabulas prendisset Oppianicus, digito legata delevit. Cic. *Au figuré:* Delere urbem. Cæs. Maculam bello susceptam delere. Cic. Qui non modò præsentia, verùm etiam futura bella delevit. Cic.

OBLITERARE, (quasi) obliturare, *de* litura, *effacer en grattant.* Æris obliteratio. Plin. Obliterare *se dit plus ordinairement au figuré, faire perdre le souvenir.* Beneficii memoriâ privatam offensionem obliterare. Cic. Res obliteratæ vetustate. Liv. Nondùm obliterata memoria superioris belli. Liv.

ABOLERE *est bien plus étendu dans ses significations, que* delere *&* obliterare; *c'est proprement ôter jusqu'à l'odeur, d'*odor, *ou* olor. Corpus igni abolere. Tacit. Abolere nefandi cuncta viri monumenta jubet. Virg. *Au figuré:* Haud ignari tentationem eam fore abolendi sibi magistratûs. Liv. Da, pater, hoc nostris aboleri dedecus armis. Virg. Abolere *se dit bien au neutre.* Cladis Caudinæ memoria nondùm aboleverat. Liv.

431. *Delibutus, Unctus, Oblitus.*

DELIBUTUS, *frotté, trempé.* UNCTUS, *parfumé avec quelque chose de gluant, de liant.* OBLITUS, *enduit, d'*ob *&* *de* linere. Cruore Nessi delibutus Hercules. Hor. Unguento delibutus. Phed. *Ce qui marque bien le rapport de notion entre* delibutus *&* unctus. Veneno

Digitized by Google

delibuta dona. Hor. Unctus oleo. Hor. Manus unctæ. Hor. Uncta popina. Hor. *Cabaret bien fourni.* Non cerâ, ſed cœno obliti. Cic. *Au figuré :* Perjuriis delibutus. Cic. Delibutus gaudio. Ter. Unctior loquendi conſuetudo. Cic. *Maniere de parler plus polie.* Unctius ubi contingit. Hor. *Lorſqu'il y a quelque choſe de plus délicat.* Libidine flagitiosâ oblita eſt Antoniorum vita. Cic. Facetiæ oblitæ Latio. Cic. Oblitam orationem reddunt exornationes, ſi crebræ collocabuntur. Cic.

432. *Delumbare, Enervare, Debilitare, Effœminare.*

DELUMBARE, *rompre les reins*, *de* lumbus. ENERVARE, *ôter les nerfs*, *de* nervus. DEBILITARE, *affoiblir*, *de* debilis. EFFŒMINARE, *efféminer*, *amollir.* Quadrupede delumbatâ. Plin. Non planè me enervavit ſenectus. Cic. Debilitatum vulnere jacuiſſe. Q. Curt. Debilitari ac frangi viribus. Cic. Fortitudinis quædam præcepta ſunt, quæ effœminari virum vetant in dolore. Cic. *Au figuré :* Nec minutos numeros ſequens concidat, delumbetque ſententias. Cic. Elumbis & enervata oratio. Cic. Effœminata vox. Cic. Multis incommodis veritas debilitata tandem æquitate talium virorum recreatur. Cic.

433. *Demiſſus, Summiſſus, Abjectus, Vilis, Humilis, Supplex.*

DEMISSUS, *abaiſſé*, mittere de. SUMMISSUS, *abaiſſé deſſous*, mittere ſub. ABJECTUS, *abattu*, *jeté à terre*, d'ab & *de* jacere. VILIS, *commun*, *qu'on peut ſe procurer à peu de frais ; au figuré*, *mépriſable.* HUMILIS, *bas*, *rampant*, d'humus. SUPPLEX, *ſuppliant*, *qui demande à genoux*, *de* ſub & *de* plicare.

Au propre : Purpura demiſſa uſque ad talos. Cic. Demiſſo capite diſceſſit. Cic. Summiſſas infantibus præbuiſſe mammas. Liv. Tùm ſuper abjectum poſito pede nixus. Virg. Vilibus aut onerat pomis. Virg. Humileſque miricæ. Virg. Vitis & ea quæ ſunt humiliora. Cic. Quibus ſæpè ſupplex ad pedes jacui, veniamque ſupplex popoſci. Cic. *Au figuré :* Demiſſum

Digitized by Google

animum erigere. Cic. Oportet æquo & pari jure cum civibus vivere neque summissum & abjectum, neque se efferentem. Cic. Vir abjecto animo. Cic. Civitas abjecta metu. Cic. Nihil abjectum & humile cogitare. Cic. Vilis vobis honor meus. Cic. Humili arte præditus. Cic. Nemo est tam humilis, quin, *&c.* Cic. Verbis supplicibus orare. Cic. Vox supplex. Liv.

434. *Demittere, Dimittere, Emittere.*

DEMITTERE, *envoyer de haut en bas.* DIMITTERE, *envoyer de différens côtés, envoyer d'un autre côté, congédier, de* dis *&* de mittere. EMITTERE, *lâcher, faire sortir.* Cœlo demittitur alto. Virg. Demittere oculos. Cic. Dimisit litteras in alias urbes. Liv. Comitia dimittere. Cic. Aliquem à se dimittere. Cic. Emitti è custodiâ. Cic. *Au figuré :* Animos demittere. Cic. Dimittere occasionem. Cæs. Maledicto nihil faciliùs emittitur, nihil citiùs excipitur. Cic.

435. *Denuò, Iterùm, Rursùm.*

DENUÒ, (quasi) de novo, *de nouveau.* Denuò rebellare. Liv. Denuò recitare. Cic. ITERUM, *pour la seconde fois, d'iterare.* Primò quidem decipi, incommodum est; iterùm, stultum; tertiò, turpe. Cic. Iterùm atque tertiùm Tribunus. Liv. RURSUM *&* Rursùs, *encore une fois, une autre fois.* Bellum, pax rursùm. Ter. Facis ut rursùs plebs in Aventinum sevocanda esse videatur. Cic. Rursùm *signifie encore, d'un autre côté, par opposition à ce qui précede.* Neque Clyti cædes mihi probari potest, neque rursùs eum omni culpâ libero. Q. Curt. Rursùm prorsùm. Ter. *Tantôt en reculant, tantôt en avançant.*

436. *Depeculari, Populari, Vastare, Expilare, Exinanire.*

DEPECULARI, *piller, voler, se dit des temples, de la république, des princes.* Nam ut peccatum est patriam prodere, parentes violare, fana depeculari. Cic. Depeculator ærarii. Cic. *Au figuré :* Laudem

Digitized by Google

honoremque alicujus depeculari. Cic. POPULARI, *dépeupler*, *ravager*, *de* populus, (quasi) populatim rapere. Populari agros. Cic. *Au figuré :* Formam populabitur ætas. Ovid. Populataque tempora raptis auribus. Virg. VASTARE, *rendre déſert*, *de* vaſtus. Omnia ferro & incendiis vaſtare. Liv. Latos vaſtant cultoribus agros. Virg. EXPILARE, *piller*, *voler*, *de* σπιλόω. Dionyſius fanum Proſerpinæ Locris expilavit. Cic. Expilare ſocios, diripere provincias. Cic. *On ne diroit pas*, depeculari populos. EXINANIRE, *vuider*, *ne rien laiſſer*, *d'ex & d'inanis*. Vaſtare atque exinanire agros vectigales. Cic. Exinanita navis. Cic.

437. *Depravatè*, *Corruptè*.

DEPRAVATÈ, *de travers*, *injuſtement*, *d'une maniere qui n'eſt pas droite*, *de* pravus. CORRUPTÈ, *d'une maniere corrompue*, *de* rumpere. *Ciceron n'a pas confondu ces deux mots.* De quibus neque depravatè judicant, neque corruptè. Cic.

438. *Depulſio*, *Expulſio*.

DEPULSIO, *éloignement*, *l'action de repouſſer*. Depulſio doloris, ſervitutis. Cic. EXPULSIO, *expulſion*, *banniſſement*, *d'ex & de* pellere. Expulſio vicinorum. Cic. Benè meritorum ſæpè civium expulſiones. Cic.

439. *Deſcendere*, *Decidere*, *Deſilire*, *Exſcendere*.

DESCENDERE, *deſcendre*, *de* de *& de* ſcandere. DECIDERE, *cheoir*, *tomber*, cadere de. DESILIRE, *ſauter de haut en bas*, ſalire de. Equo deſcendere. Liv. Cùm manè ad comitia deſcenderet. Cic. *Au figuré :* In conditionem alicujus deſcendere. Cic. Deſcendere ad extrema. Cic. In cauſam deſcendere. Cic. Matura poma decidunt. Cic. *Au figuré :* Fictâ omnia celeriter, tanquam floſculi, decidunt. Cic. Æthere deſiluit Juno. Virg. Ex equo deſiluit. Liv. Lecto deſilit. Hor. EXSCENDERE, *ſignifie ordinairement Débarquer*. Legati Aſiam petentes cùm exſcendiſſent. Liv. Exſcenſu è navibus in terram facto. Liv.

Digitized by Google

440. *Deſciſcere, Deficere, Rebellare.*

DESCISCERE, *eſt proprement ſe ſouſtraire à quelque autorité, de* de *&* *de* ſciſcere, *ſavoir, ordonner, établir.* Cùm à Republicâ peſtiferi cives deſciverint. Cic. Præneste ab Latinis ad Romanos deſcivit. Liv. *Au figuré:* A naturâ deſciſcere. Cic. A veritate deſciſcere. Cic.

DEFICERE, *abandonner, de* de *&* *de* facere. Ille veritus ne civitas eorum impulſu deficeret. Cæſ. Quod oppidum à Rege defecerat. Sall. A ſe ipſo deficere. Cic. *Au figuré*: A virtute deficere. Cic.

REBELLARE, *recommencer la guerre, ſe révolter, de* re *&* *de* bellare. Si elapſus eo tempore Philippus foret, mox graviùs eum rebellaturum. Liv. Si tali ratione diverſis in locis plures rebellare cœpiſſent. Cæſ. Volſci, ferocior ad rebellandum quàm ad bellandum gens. Liv.

Eos vituperare non auſim, qui ſociorum injurias ſuperbiamque peroſi deſciſcunt; ſed perfidos arbitror eos qui à periclitantibus ſociis minimè læſi deficiunt.

441. *Deſcribere; Exſcribere, Perſcribere, Tranſcribere, Aſcribere.*

DESCRIBERE *ſignifie*, 1°. *Copier.* Scripſit enim Balbus ad me, ſe à te quintum de finibus librum deſcripſiſſe. Cic. 2°. *Faire la deſcription.* Hominum mores ſermoneſque deſcribere. Cic. Rhenus aut pluvius deſcribitur arcus. Hor. Qualem deſcripſi. Cic. 3°. *Diſtribuer, marquer.* Urbis partes ad incendia deſcribere. Cic. Jura populis deſcribere. Cic. Vectigal alicui deſcribere. Cic. 4°. *Cenſurer, faire un portrait déſavantageux.* Si quis erat dignus deſcribi, quòd malus aut fur. Hor. EXSCRIBERE, *faire des extraits, copier.* Exſcribere aliquid ex libris. Varr. Perindè quaſi exſcribendi poteſtatem non haberet. Cic. PERSCRIBERE, *écrire au long, en entier.* Diligentiſſimè à te perſcripta omnia. Cic. Dicta omnia Judicum perſcribere. Cic. TRANSCRIBERE, *tranſcrire.* Fabulas

Digitized by Google

transcribere. Cic. Testamentum in alias tabulas transcribere. Cic. *Au figuré: Ecrire dans une autre classe ou ordre, aliéner en faveur de quelqu'un.* Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis? Virg. Transcribunt urbi matres. Virg. Transcribere aliquem in viros. Senec. Ut eos fundos eodem pretio mulier transcriberet viro. Ulp. ASCRIBERE *signifie proprement Ajouter en écrivant*, d'ad & de scribere. Sed cùm id ad me Tullia scribat orans, ut quid in Hispaniâ geratur expectem, & semper ascribat id videri sibi, &c. Cic. Non adscripsi id quod tua nihil referebat. Cic. *C'est dans le même sens que Tite-Live dit:* Ascribere novos colonos.

442. *Desertor, Transfuga, Perfuga.*

DESERTOR *signifie proprement, qui abandonne, de* deserere. Desertor amicorum. Cic. Desertor salutis. Cic. Desertor *se prend aussi pour un Soldat qui quitte son Capitaine sans permission.* Desertor miles. Cæs. Qui ex iis secuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur. Cæs. Pro desertore futurum, cujus causam non probassent. Liv.

TRANSFUGA, *transfuge, soldat qui passe de chez nous chez l'ennemi*, fugere trans. Deindè metuens, ne si Consulum injussu & ignaris omnibus iret, deprehensus fortè à custodibus Romanis retraheretur ut transfuga, Senatum adiit. Liv. *Au figuré:* Transfuga divitum partes linquere gestio. Hor. PERFUGA, *est un soldat qui passe de l'ennemi chez nous.* Cùmque de imperio certamen esset cum Rege generoso ac potente, perfuga ab eo venit in castra Fabricii. Cic. *Les Auteurs confondent quelquefois* perfuga & transfuga. De perfugis nostris copias comparant contra nos. Cic.

443. *Desidĕre, Desidĕre.*

DESIDERE, *rester oisif*, de sedere. Frustra ubi totum desedi diem. Ter. Quid tu intùs, quæso, desedisti? Plaut. DESIDERE, *s'enfoncer*, de sidere. Cum multa oppida corruerint, terræque desederint. Cic. Terra trium jugerum spatio cavernâ ingenti desederat. Liv. *Au figuré*: Desidentes mores. Liv. *Les bonnes mœurs qui s'altèrent.*

Digitized by Google

444. *Desidia, Socordia, Inertia, Ignavia, Pigritia, Segnities, Negligentia, Languor, Otium, Torpor, Incuria, Veternus.*

DESIDIA, *se dit proprement d'un homme qui reste assis, les bras croisés, de* sedere. SOCORDIA, *regarde l'ame*, sine corde. INERTIA, *manque d'habileté, inaction*, sine arte. IGNAVIA, *lâcheté, molleſſe*, non navus. PIGRITIA, *pareſſe, crainte du travail.* SEGNITIES, *lenteur, indolence*, sine igne. NEGLIGENTIA, *négligence, indifférence*, non diligentia. LANGUOR, *défaut de forces, langueur.* OTIUM, *loiſir, ſe prend en bonne & en mauvaiſe part.* TORPOR, *engourdiſſement, de* torpere. INCURIA, *défaut de ſoin*, non cura. VETERNUS *ou* VETERNUM, *létargie.*

Desidiam puer ille sequi solet, odit agentes. Ovid. Ab induſtriâ plebem ad desidiam avocari. Cic. Pœnus advena noſtrâ cunctatione & socordiâ jam hùc progreſſus. Liv. Artibus qui carebant, inertes à majoribus appellabantur. Cic. Inertia laboris. Cic. Paulùm sepultæ diſtat inertiæ celata virtus. Hor. Strenua nos exercet inertia. Hor. Ut cùm aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur, atque oderit, ut bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignaviam fortitudo. Cic. Definiunt pigritiam, metum conſequentis laboris. Cic. Facere me pigritiâ noli putare, quòd non meâ manu ſcribam. Cic. Diem ſermone terere, segnities mira eſt. Liv. In re familiari laborioſior eſt negligentia, quàm diligentia. Cic. Negligentia corrumpit animum. Cic. Vides languorem bonorum. Cic. Nihil magis cavendum ſenectuti, quàm ne languori ſe dedat. Cic. Fructus otii eſt non contentio animi, ſed relaxatio. Cic. Clarorum virorum non minùs otii, quàm negotii rationem extare oportet. Cic. Diffluentes otio Græci. Cic. Tabeſcere otio. Cic. Tutantur ſe torpore torpedines. Cic. Tanta torpedo animos oppreſſit. Sall. Non ego paucis offendar maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parùm cavit natura. Hor. Vituperanda eſt rei maximè neceſſariæ tanta incuria. Cic. Nunc enm veternus, aut aqua intercus habet. Plaut. *Au figuré*: Veternus civitatem occupat. Cic.

Digitized by Google

445. *Desinere, Cessare, Desistere.*

DESINERE, *discontinuer, de* de, *& de* sinere. CESSARE, *ne rien faire, manquer d'activité.* DESISTERE, *se départir, de* de, *& de* stare. Define ei succensere. Cic. Artem desinerem. Cic. Define mollium tandem querelarum. Hor. *Ce qui est un tour grec.* Si quid cessare potes, requiesce sub umbrâ. Virg. Nunquam in studio suo cessavit. Cic. Cessare in præliis. Liv. Voluntas cessat? Hor. Cessas in vota precesque, Tros, ait, Ænea, cessas? Virg. De sententiâ desistere. Cic. A defensione desistere. Cæs. A causâ desistere. Cic.

446. *Desipere, Insanire, Delirare.*

DESIPERE, *s'écarter de la sagesse, se livrer à quelque folie, de* de, *& de* sapere. INSANIRE, *devenir fou, être fou,* non sanus. DELIRARE, *s'écarter du sillon, de* de, *& de* lira, *sillon. Au figuré, s'écarter de la droite raison, sortir de son bon sens.* Licet me desipere dicatis. Cic. Dulce est desipere in loco. Hor. Nimio gaudio penè desipere. Cic. In alienos insanus insaniisti. Cic. Incerta hæc si tu postules ratione certa facere, nihilò plus agas, quàm si operam des, ut cum ratione insanias. Ter. Delirare & mente captum esse. Cic. Multos se diliros senes sæpe vidisse, sed qui magis, quàm Phormio, deliraret, vidisse neminem. Cic. *On diroit bien au propre:* Delirat arator.

447. *Destruere, Demoliri, Evertere, Exscindere, Diruere.*

DESTRUERE, *détruire, de* de, *& de* strues, *monceau.* DEMOLIRI, *démolir, abattre, de* moles. EVERTERE, *renverser,* vertere è. EXSCINDERE, *couper, fendre,* scindere ex. DIRUERE, *faire tomber en dispersant, de* dis, *& de* ruere.

Ædificium idem destruit facillimè, qui construit. Cic. Demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis. Cic. Evertere ab imo mœnia. Virg. Exscindere linguam. Cic. Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Hor. Jam fragor tectorum, quæ diruebantur, ultimis urbis partibus audiebatur. Hor. *Au figuré:* Nec juvenis supremos

Digitized by Google

deſtrue honores. Ovid. Deſtruere teſtes. Quintil. Jus deſtruet, ac demolietur. Liv. Everte leges, teſtamenta, voluntates mortuorum, jura vivorum. Cic. Exſcindere urbem, gentem. Virg.

448. *Deter, Nequam.*

DETER, *n'eſt uſité qu'au comparatif, & au ſuperlatif,* (quaſi) detritus, *à qui il manque beaucoup de choſes pour être bon.* Quod optimo diſſimillimum ſit, id eſſe deterrimum. Cic. Quidquid detraxeris, deterius futurum eſt. Cic. Nunc deteriore conditione, quàm Patres, ſumus. Cic. NEQUAM, *vaurien, de* non quicquam, *ou de* nequire. Nequior, quàm Gabinius. Cic. Nihil nequius, aut turpius effœminato viro. Cic. Nequam & improbus homo. Cic.

449. *Detractio, Detrectatio.*

DETRACTIO, *l'action d'ôter, enlevement*, trahere de. Detractio alieni. Cic. Detractio moleſtiæ. Cic. DETRECTATIO, *refus.* Detrectatio militiæ. Liv. Juniores ad edictum ſine detrectatione convenêre. Liv.

450. *Devocare, Evocare, Advocare, Convocare.*

DEVOCARE, *appeller de haut en bas*, vocare de. EVOCARE, *appeller dehors*, vocare è. ADVOCARE, *appeller à ſoi.* CONVOCARE, *appeller enſemble, convoquer.* Lætus à tumulo ſuos devocat. Liv. Refixa cœlo devocare ſidera. Hor. Evocare foràs. Ter. Et explorato Rege cunctas evocat. Phed. Animas Mercurius evocat orco. Virg. Evocare ad colloquium. Liv. *Au figuré*: Evocare mentem ab oculis. Cic. Advocare ad conſultandum. Cic. Advocare, *eſt un terme de droit.* Quos tibi advocaſti. Cic. Convocare concilium. Cæſ. Piſcatores ad ſe convocavit. Cic.

451. *Dictare, Dictitare.*

DICTARE, *dicter, fréquentatif de* dicere. Parvulâ lippitudine adductus ſum, ut dictarem hanc epiſtolam. Cic. Hæc recinunt juvenes dictata ſeneſque. Hor. DICTITARE, *autre fréquentatif, répéter ſouvent.* Appius in

Digitized by Google

sermonibus anteà dictitabat, posteà dixit etiam in Senatu palàm. Cic. Vulgus dictitabat. C. Nep. Romulum quoque insepultum periisse dictitans. Liv. Dictitare causas. Cic.

452. *Dictio, Oratio, Stylus.*

DICTIO, *l'action, la maniere de dire.* Dictio sententiæ. Cic. Dictioni operam dare. Cic. Dictio popularis. Cic. Dictio causæ. Cic. Dictio, *dans Tite Live, est pris pour réponse de l'oracle.* Data dictio erat, caveret Acherusiam aquam, Pandosiamque urbem : ibi fatis ejus terminum dari.

ORATIO, *discours, langage, oraison, d'orare.* Magna laus, & honesta oratio. Cic. Ornatus orationis. Cic. Exiles orationes Sergii Galbæ, & redolentes antiquitatem. Cic. Oratio *consiste particuliérement dans les choses, & les pensées; &* stylus, *dans les mots.*

STYLUS *est proprement une aiguille de tablette, poinçon avec lequel on écrivoit sur un enduit de cire.* Vertit stylum in tabulis suis. Cic. Styli acumen. Cic. *Au figuré, Style.* Unus enim sonus est totius orationis, & idem stylus. Cic. Orationes Attico stylo scriptæ. Cic. Conscribere scelera stylo impuro. Cic.

453. *Dies fasti, Dies festi, Feriæ, Festivitas.*

DIES FASTI, *jours de plaidoirie, auxquels il étoit permis au Préteur d'entendre les parties, & de rendre la justice, de* fari. Fastus erit, per quem lege licebit uti. Ovid. FESTI DIES, *jours consacrés au culte des Dieux.* Acti & instituti dies festi. Cic. FERIÆ, à feriendis victimis, *jours de repos, où le travail étoit défendu.* Feriarum, festorumque dierum ratio in liberis requietem habet litium & jurgiorum, in servis operum & laborum. Cic. *On ne fêtoit pas toujours les féries; au lieu que les jours de fêtes étoient toujours chommés.* FESTIVITAS *ne se prend point dans les bons auteurs pour un jour de fête : il signifie enjouement, maniere agréable de dire.* Festivitate & venustate conjuncta vis dicendi. Cic. Festivitatem sermonis debet habere narratio. Cic.

Digitized by Google

454. *Difficilis, Laborioſus, Operoſus.*

DIFFICILIS, *difficile, malaiſé*, non facilis, *de* facere. LABORIOSUS, *ſe dit d'un homme qui fatigue, & d'une choſe penible.* OPEROSUS, *agiſſant, qui demande du travail.*

Contortæ res & difficiles. Cic. Nihil tam difficile, quin quærendo inveſtigari poſſit. Ter. Parens in liberos difficilis. Cic. Qui magnos dolores perferunt, hos non miſeros, ſed laborioſos ſolemus dicere. Cic. Itaque induſtrios homines illi ſtudioſos, vel potiùs amantes doloris appellant, nos commodiùs laborioſos. Cic. Nihil laborioſius moleſtiuſque provinciâ. Cic. Senectus operoſa & ſemper agens aliquid. Cic. Sed res operoſa eſt. Cic. Divitiæ operoſiores. Hor.

455. *Diffidere, Deſperare.*

DIFFIDERE, *ſe défier, n'avoir point de confiance, de* fides. Sententiæ alicui diffidere. Cic. Dubitans plerumque ac mihi ipſe diffidens. DESPERARE, *n'avoir point d'eſpérance, de* ſpes. Deſperatio eſt ægritudo ſine ullâ rerum expectatione meliorum. Cic. Vitam domini deſperantes. Cic. Deſperare *eſt quelquefois oppoſé à* confidere. In quo conſiderandum eſt, ne aut temerè deſperet propter ignaviam, aut nimis confidat propter cupiditatem. Cic. Diffidere, *ſe prend auſſi pour déſeſpérer.* Eudemus graviter æger fuit, ut omnes medici diffiderent. Cic.

456. *Diffundere, Spargere, Diſſeminare.*

DIFFUNDERE, *épancher, de* dis, *& de* fundere: *il ſe dit proprement des liqueurs.* SPARGERE, *répandre, de* σπειρω ἔσπαρκα. DISSEMINARE, *ſemer ça & là, de* dis, *& de* ſemen.

Sanguis per venas in omne corpus diffuſus. Cic. Glacies calore liquefacta diffunditur. Cic. Semen ſpargere. Cic. Arenam ſpargere pedibus. Virg. *Au figuré*: Diffuſus error. Cic. Crimen paucorum diffundere in omnes. Ovid. Litteræ ſparſæ humanitatis ſale. Cic. Latiùs opinione diſſeminatum eſt malum. Cic. Diſſeminare aliquid in orbis terræ memoriam. Cic. *On ne diroit pas*

Digitized by Google

bien : arenam disseminare pedibus ; *& encore moins* : litteræ humanitatis sale disseminatæ, *ou* disseminare sale litteras.

457. *Dignatio, Dignitas.*

DIGNATIO, *l'opinion qu'on donne de son mérite, la considération*, de dignus. In dignationem Principis pervenire. Liv. *Acquérir une grande considération auprès du Prince.* Dignatio conciliavit ei hanc uxorem. Tacit. Dignatio auxit invidiam. Tacit. DIGNITAS, *ce qui fait qu'on est digne de quelque chose, mérite, noblesse, majesté.* Tueri suam dignitatem. Cic. *Soutenir son rang.* Cic. Amplissimos dignitatis gradus adipisci. Cic. *Faire voir qu'on est digne des plus hautes dignités.* Dignitas Consularis. Cic. *Le mérite de Consul. On diroit bien* : Cato repulsam Consulatûs passus habuit dignitatem consularem, licet Consulatum non haberet. Dignitas oris. Cic. *La noblesse de la figure.* Honores non petiit, cùm ei paterent propter vel gratiam, vel dignitatem. C. Nep.

458. *Dilapidare, Dissipare.*

DILAPIDARE, *signifie proprement disperser les pierres*, de dis, *&* de lapis. *Ainsi d'un homme qui a dissipé son bien, on peut dire qu'il a dispersé, vendu, détruit jusqu'aux pierres.* Dilapidare *peut venir aussi de ce que les biens du dissipateur sont vendus à l'encan : le crieur public étoit assis sur une pierre, d'où vient le proverbe*, de lapide emptus. Cic. Dilapidare *n'est usité qu'au figuré.* Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat. Cic. Conveniendus est Phormio, priusquam dilapidet nostras triginta minas. Ter.

DISSIPARE, *épandre, éparpiller*, de dis, *&* de *l'inusité* sipare, *jeter.* Illi statuam istius disturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. Cic. *Au figuré* : Dissipare fortunas. Cic. Disperdere, ac diffipare patrimonium. Cic.

Ces deux verbes peuvent s'employer presque toujours indifféremment ; il me semble cependant qu'ils seroient employés chacun suivant sa propre signification de cette maniere : fortunas à parentibus coacervatas dissipat juvenis

Digitized by Google

præceps ac fervidus ; firmiùs conſtitutas opes dilapidat inſanus.

459. *Dilatio, Prolatio, Procraſtinatio, Cunctatio, Tarditas, Mora.*

DILATIO, *remiſe, délai, de* dis, *&* *de* ferre, latum. PROLATIO, *citation, prorogation, ſurſéance.* PROCRASTINATIO, *remiſe au lendemain, de* pro, *&* *de* cras. CUNCTATIO, *longueurs.* TARDITAS, *lenteur, peſanteur, de* tardus. MORA, *retardement.*

Per dilationem bella gerere. Liv. Dilatio temporis. Cic. Exemplorum prolatio. Liv. Finium prolatio. Liv. Cùm alteri ad prolationem judicii biduum quæreretur. Cic. Prolatio rerum. Cic. Cùm pleriſque in rebus gerendis tarditas, & procraſtinatio odioſa eſt, tùm hoc bellum indiget celeritatis. Cic. Abjectâ omni cunctatione. Cic. Quæ res Senatui omnem cunctationem Macedonici belli exemit. Liv. Curſu corrigere tarditatem. Cic. Celeritati tarditas contraria eſt. Cic. Tarditas ingenii. Cic. Noſti hominis tarditatem. Cic. Afferre moram. Hor. Facère moram. Cic. Trahere moras. Virg. Tenuit mora nulla vocatos. Ovid.

Dilatio eſt rei gerendæ ; prolatio jam cœptæ ; procraſtinatio eſt hominis pigri, aut invitè aliquid facturi ; cunctatio dubitantis, ac ſæpe etiam prudentis ; tarditas corporis, aut ingenii pinguioris ; mora ejus, quem obices, negotia, aut voluptates detinent.

460. *Dirumpere, Diſtrahere, Divellere.*

DIRUMPERE, *ſéparer en rompant, de* dis, *&* *de* rumpere. DISTRAHERE, *tirer de différens côtés, partager en pluſieurs pieces.* DIVELLERE, *ſéparer en arrachant, de* dis, *&* *de* vellere.

Au propre : Diruptis tabellis de circulo ſe ſubduxit. Cic. Turbatis diſtractus equis. Virg. Divellere nodos. Virg. Artus morſu divellere. Ovid. *Au figuré* : Dirumpere ſocietatem, amicitias. Cic. Dirumpi dolore. Cic. Diſtrahere controverſias. Cic. Reliquias vitæ diſtrahere. Cic. Diſtrahuntur animi in contrarias partes. Cic. Diſtractus negotiis. Cic. Divellere commoda civium. Cic.

Divulſus

Digitized by Google

Divulsus consensus. Cic. Divulsus querimoniis amor. Hor.

461. *Discere, Edisсere, Addisсere, Perdisсere, Percipere.*

DISCERE, *apprendre ce qu'on ne savoit pas.* EDISCERE, *apprendre par mémoire.* ADDISCERE, *acquérir de nouvelles connoissances.* PERDISCERE, *apprendre parfaitement.* Tandiù disсendum est, quandiù nesсias. Senec. Ut non legantur modò, sed ediscantur. Cic. Exercenda est etiam memoria ediscendis ad verbum quàm plurimis & nostris scriptis, & alienis. Cic. Solon gloriari solebat, se quotidiè aliquid addisсentem senem fieri. Cic. Negasti eum qui non citò quid didicisset, unquam omninò posse perdisсere. Cic. Voluntatem disсendi simul cum spe perdisсendi abjecit. Cic. PERCIPERE *signifie proprement, cueillir*, capere per. Fructus percipere. Cic. *Au figuré : saisir, comprendre.* Diligenter quæ dicuntur percipere. Cic. Artem percipere. Cic. Percipe porrò, quæ dubitem. Virg.

462. *Discernere, Distinguere, Secernere, Discriminare, Dispungere.*

DISCERNERE, *discerner, démêler, de* dis, *&* de cernere. DISTINGUERE, *diversifier, de* dis *&* de stinguo, *inusité.* SECERNERE, *séparer, de* seorsim, *&* de cernere. DISCRIMINARE, *mettre une séparation, de* dis, *&* de cernere, crevi. Alba ab atris disсernere. Cic. Disсernere utra pars justiorem habeat causam. Cæs. Distinguere gemmis pocula. Cic. Distinguere historiam varietate locorum. Cic. *Au figuré : distinguer.* Distinguere vera à falsis. Cic. Servos non numero distinguant, sed appellent uno familiæ nomine. Cic. E grege secernere. Liv. Publica privatis secernere. Hor. Voluptatem à bono secernere. Cic. Hetruriam discriminat Appia via. Cic. Vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora. Liv. Lucet via longo ordine flammarum, & latè discriminat agros. Virg.

DISPUNGERE, *séparer comme par des points.* Neque quisquam elegantiùs intervalla negotiorum otio dispunxit. Vell. Paterc.

Conjunctas res aut simul positas ita disсernit aliquis,

Digitized by Google

ut singulas videat; distinguit, ut propriis notis aut definitionibus insignitas agnoscat, aut aliis ostendat; secernit, ut quidpiam à cæteris divisum maneat; discriminat, ut in re continuâ diversæ partes, aut regiones appareant.

463. *Discessus, Discessio, Secessio, Secessus.*

DISCESSUS, *départ, de* dis, *&* *de* cedere. DISCESSIO, *division, l'action de se séparer.* SECESSUS, *lieu à l'écart.* SECESSIO, *retraite, l'action de se retirer à part*, cedere seorsim. Ut me levârat tuus adventus, sic discessus afflixit. Cic. Discessus animi à corpore. Cic. Discessus à vitâ. Cic. Si eveniat, quod Dii prohibeant, discessus. Ter. *Pour dire un divorce entre deux époux.* Discessio facta in ejus sententiam. Cic. Cùm jam non solùm discessio facta esset, sed etiam perscriptum, atque in tabulas relatum, Prætor appellatur. Cic. Secessionem jam id, & partes, &, si idem multi audeant, bellum esse dictitabat. Tacit. Secessionem tu illam existimavisti, Cæsar, initio, non bellum. Cic. Sêcedere à bonis. Cic. Magna ei præmia, & secessus amœnos promittis. Tacit. Carmina secessum scribentis & otia quærunt. Ovid.

464. *Disciplina, Doctrina, Documentum.*

DISCIPLINA, *l'instruction que le disciple reçoit de son maître, de* discere. DOCTRINA, *l'instruction relativement à celui qui la donne, de* docere. DOCUMENTUM, *leçon, enseignement, preuve.* Anaxagoras accepit ab Anaximene disciplinam. Cic. Tradere aliquem in disciplinam. Cic. Doctrinæ pretium triste magister habet. Ovid. Doctrina sed vim promovet insitam. Hor. Illud adjungo sæpius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrinâ, quam sine naturâ doctrinam valuisse. Cic. Doctrina, *signifie aussi science, érudition.* In maximis occupationibus nunquam intermittere studia doctrinæ. Cic. Omni doctrinâ & virtute ornatissimus homo. Cic. Quarum ego rerum maximè hæc documenta habeo. Sall. Homo omnium scelerum, flagitiorumque documentum. Cic. Et in posterum documentum statuerem, ne quis talem amentiam vellet imitari. Cic. Documentum virtutis, & prudentiæ. Cic. Et documenta damus, quâ simus origine nati. Ovid.

Digitized by Google

Magistri doctrinâ moribusque prælucentes traditos in disciplinam suam pueros utilibus semper documentis informant.

465. *Disertus, Eloquens, Facundus.*

Ciceron nous apprend la différence qu'il y a entre DISERTUS *&* ELOQUENS. Disertos me cognosse nonnullos scripsi, eloquentem adhuc neminem; quòd eum statuebam disertum, qui posset satis acutè atque dilucidè apud mediocres homines, ex communi quâdam hominum opinione dicere; eloquentem verò, qui mirabiliùs, & magnificentiùs augere posset, atque ornare quæ vellet, omnesque omnium rerum, quæ ad dicendum pertinerent, fontes animo ac memoriâ continere. Disertus *vient de* disserere, *&* eloquens *de* loqui. FACUNDUS, *est un homme qui s'énonce en beaux termes, & avec agrément, de* fari. Non formosus erat, sed erat facundus Ulysses. Ovid. In exemplum benè dicendi facundissimum quemque proponet sibi ad imitandum. Quintil.

466. *Dispar, Impar.*

DISPAR, *inégal, différent, de* dis, *&* *de* par. Disparibus ætatibus non eadem officia tribuuntur. Cic. Mores dispares disparia studia sequuntur. Cic. Est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula. Virg. IMPAR, *impair, plus foible, qui n'est pas pareil*, non par. Quos quidem ego ambo unicè diligo; sed in Marco benevolentia impar. Cic. Fortuna est impar animo. Ovid. Si toga dissidet impar, rides. Hor. Stellarum numerus par, an impar sit nescitur. Cic.

Fratres dispares viribus, nulli tamen fortitudine & bellicis artibus impares.

467. *Displodere, Explodere.*

DISPLODERE, *rompre en faisant sauter de différens côtés.* Displosa sonat quantùm vesica, pepedi. Hor. EXPLODERE, *chasser en battant des mains.* Ita nos raucos sæpè attentissimè audiri video; at Æsopum, si paululùm irraucuerit, explodi. Cic. *Au figuré, réfuter, battre en ruine, siffler.* Explosa sententia. Cic.

Digitized by Google

468. *Disposition, Ordo, Series.*

DISPOSITIO, *disposition, arrangement, de* dis, *&* *de* ponere. Dispositio est distributio ordinum. Cic. Dispositio est ordo & distributio rerum, quæ demonstrat quid quibus in locis collocandum. Cic.

ORDO, *ordre, rang, compagnie.* Ordinem sic definiunt, compositionem rerum aptis & accommodatis locis. Cic. Affert maximè lumen memoriæ ordo. Cic. Terno consurgunt ordine remi. Virg. Ordo Publicanorum. Cic. Quieti ordines Deorum. Hor. Commisit, extra ordinem bella multa Pompeius. Cic.

SERIES, *suite, enchaînement de choses, de* serere. Immensa series laborum. Ovid. Innumerabilis annorum series. Hor. Est admirabilis quædam continuatio seriesque rerum, ut alia ex aliâ annexa, & omnes inter se aptæ colligatæque videantur. Cic.

469. *Disputare, Differere, Disceptare, Contendere.*

DISPUTARE, *raisonner pour ou contre sur divers objets, comme font les Philosophes, de* dis, *&* *de* putare. DISSERERE, *traiter une matiere avec quelque étendue; de* dis, *&* *de* serere. DISCEPTARE, *discuter les raisons dans une affaire litigieuse, pour en venir à la décision, de* δίς, *&* *de* σκέπτομαι *examiner.* CONTENDERE, *tâcher de l'emporter sur d'autres par ses efforts, luter, se disputer quelque chose avec effort,* tendere cum.

Acutè autem disputantis illud est, non quid quisque dicat, sed quid cuique dicendum sit, videre. Cic. Disputare de omni re in contrarias partes. Cic. In Senatu pluribus verbis differui. Cic. Quæ disputavi, differere malui, quàm judicare. Cic. Quæ Socrates de immortalitate animorum differuit. Cic. Sed erat non jure, non legibus, non disceptando decertandum. Cic. Disceptare controversias. Cic. In uno prælio omnis fortuna Reipublicæ disceptat. Cic. De fœderum jure verbis disceptare. Liv. Contra vim morbi contendere. Cic. Contendunt inter se verbis, non pugnis. Cic. Civiliter contendere. Cic. Jurgio contendere. Cic. Contendere, *signifie aussi bander, aller.* Contendere tenacia vincla, Virg. Contendere Romam. Sall. *On souſentend* iter.

Digitized by Google

470. *Dissentio, Dissidium, Discordia, Divisio.*

DISSENTIO, *différence de sentiment, de* dis, *&* *de* sentire. DISSIDIUM, *séparation, de* dis, *&* *de* sedere. DISCORDIA, *discorde, contrariété de sentimens, & d'affections, de* dis, *&* *de* cor. DIVISIO, *division, distribution, de* dis, *&* *de* videre.

Animorum disjunctio dissentionem fecit. Cic. Valeant qui inter nos dissidium volunt. Ter. Magnum odium video cum crudelissimo dissidio extitisse. Cic. Discordia est ira acerbior intimo odio & corde concepta. Cic. Rem pernicioſissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam. Cic. Quadripartita divisio. Cic. Scrupulosè in partes facta divisio. Quintil. *Il n'y a point d'exemple de* divisio *dans le sens de* dissensio.

Ex dissentionibus plerumque nascuntur discordiæ; tùm existunt dissidia, & nonnunquam bella exardescunt.

471. *Dissimilitudo, Differentia, Discrimen, Discrepantia.*

DISSIMILITUDO, *de* dis, *&* *de* similis, *est la différence qu'on remarque entre les individus, ou les êtres moraux de même espece, & susceptibles de comparaison entre eux.* DIFFERENTIA, *de* dis, *&* *de* ferre, *est la différence qui se trouve entre les essences des choses de genres, ou d'especes diverses.* DISCRIMEN, *est ce qui sépare ou distingue les objets, de* dis *&* *de* cernere, *partager.* Dissimilitudines studiorum. Cic. Genus institutorum & rationum mearum dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione provinciæ. Cic. Qualis autem differentia sit honesti & decori facilius intelligi, quàm explanari potest. Cic. Differentia naturarum. Cic. Iste omnium rerum discrimen pecuniâ sustulit. Cic. Sit hoc discrimen inter gratiosos cives atque fortes, ut, &c. Cic. Duo maria pertenui discrimine separata. Cic. Tros Tyriusve fuat nullo discrimine habebo. Virg

Magna est inter corpus & animum differentia. Mira est ingeniorum dissimilitudo. Apud Romanos nobilium aut plebeiorum in gentibus ac nominibus, finium autem & possessionum erat in lapidibus terminisque discrimen.

Digitized by Google

Discrimen *se prend aussi pour danger, parce qu'il décide.* In summo discrimine. Cæs. Offerre se in discrimen. Cic.

DISCREPANTIA, *discordance, de* dis, *& de* crepare, *rendre un son différent.* Ut in fidibus aut in tibiis, quamvis paululùm discrepent, tamen id à sciente animadverti solet. Cic. *Au figuré:* Discrepantia scripti & voluntatis. Cic. Nihil mihi tàm perspicuum, quàm majorem multò habere Stoicos rerum omninò discrepantiam, quàm verborum. Cic.

472. *Dissociare, Disjungere.*

DISSOCIARE, *rompre la société, de* dis, *& de* socius. DISJUNGERE, *désunir, séparer, de* dis, *& de* jungere. Dissociare tironem à veterano. Tacit. Dissociata locis concordi pace ligavit. Ovid. Dissimilitudo morum dissociat amicitias. Cic. Dissociatis animis civium. Cic. Bos disjunctus. Hor. Disjuncta conjungere. Cic. Loca disjunctissima. Cic. *Au figuré:* Mores longissimè à scelere disjuncti. Cic.

473. *Dissuere, Dissolvere, Discindere.*

DISSUERE, *découdre, de* dis *& de* suere. DISSOLVERE, *délier, dissoudre, de* dis *& de* solvere. DISCINDERE, *déchirer, de* dis *& de* scindere.

Altera dissuto pectus aperta sinu. Ovid. *Au figuré:* Amicitias magis decere censent sapientes sensim dissuere, quàm repentè præcidere. Cic. Fraus distringit, non dissolvit perjurium. Cic. Dissolvere amicitias. Cic. Hominem eadem optimè quæ conglutinavit, natura dissolvit. Cic. Discindit amictus. Virg. *Au figuré:* Tales amicitiæ dissuendæ magis, quàm discindendæ sunt. Cic.

474. *Distantia, Intervallum, Spatium.*

DISTANTIA, *distance, de* dis *& de* stare. INTERVALLUM, *l'espace qui est entre deux, d'*inter *& de* vallum. SPATIUM, *espace, étendue.*

Longissimi distantiæ fines. Plin. In Geometriâ intervalla & magnitudines. Cic. Silvestria spatia. Cic. Eme-

Digitized by Google

tiri ſpatium oculis. Virg. Spatium *ſe dit auſſi du temps*: Spatium quinque dierum. Liv. Spatium vitæ. Cic. *Au figuré*: Tanta eſt inter eos, quanta maxima eſſe poteſt morum ſtudiorumque diſtantia. Cic. Quantum intervallum ſit interjectum inter Majorum noſtrorum conſilia, & iſtorum dementiam. Cic. Annuum intervallum regni. Liv.

475. *Diverſus*, *Varius*, *Multiplex*.

DIVERSUS, *qui s'écarte du droit chemin*, *& qui va de différens côtés*, *de* dis *&* *de* vertere. VARIUS, *varié*, *diverſifié*. MULTIPLEX, *qui a beaucoup de plis*, *de* multus *&* *de* plicare.

Cùm Numidas diverſos, diſſipatoſque in omnes partes fugere vidiſſent. Cæſ. In diverſum concitati equi. Liv. Varietas Latinum verbum eſt, idque propriè quidem in diſparibus coloribus dicitur, ſed transfertur in multa diſparia, varium poëma, varia oratio, varii mores, varia fortuna, voluptas etiam varia dici ſolet, cum percipitur è multis diſſimilibus rebus, diſſimiliter efficientibus voluptates. Cic. Varios mentitur lana colores. Virg. Vitis ſerpens multiplici lapſu, & erratico. Cic. *Au figuré*: Varia & diverſa ſtudia. Cic. Longiſſimè diverſa ratio. Cic. Ingenium multiplex & tortuoſum. Cic. Curas multiplices volvebat animo. Catul.

476. *Dives*, *Locuples*, *Copioſus*, *Opulentus*, *Pecunioſus*, *Peculiatus*, *Pecuniarius*.

DIVES, *riche*, *celui qui*, *comme les Dieux*, *ne manque de rien*, *de* divus. LOCUPLES, *riche en fonds de terres*, (quaſi) locis plenus: *il ſe dit par extenſion des richeſſes en général*. COPIOSUS, *qui eſt dans l'abondance*, *de* copia. OPULENTUS, *qui eſt dans l'opulence*, *qui*, *outre le bien*, *a du crédit & des reſſources*, *d'*opes. PECUNIOSUS, *riche en troupeaux*, *de* pecus. A pecore pecunioſi appellati. Cic. *Les richeſſes de ce temps-là conſiſtoient en terres & en troupeaux*. Pecunioſus *eſt un homme qui a beaucoup d'argent*: *la monnoie portoit l'empreinte d'un animal*. PECU-

Digitized by Google

LIATUS, & Peculiosus, *qui a amassé du bien par ses épargnes.* PECUNIARIUS, *qui concerne l'argent.*

Quem intelligimus divitem? Opinor in eo cui tanta possessio est, ut ad liberaliter vivendum facilè contentus sit. Cic. *Les Romains entendoient par* dives *un homme qui avoit beaucoup d'argent.* Balbus mihi confirmavit te divitem futurum: id utrùm Romano more locutus sit, benè nummatum te futurum, &c. posteà videro. Cic. Dives agris, dives positis in fœnore nummis. Hor. Locuples copiis rei familiaris, & pecuniosus. Cic. A possessionibus locorum locupletes appellati. Cic. Mancipiis locuples. Cic. *Au figuré:* Testis locuples. Cic. *Un témoin qui ne se laisse point corrompre.* Auctor locuples. Cic. *Un auteur digne de foi.* Locuples oratio. Cic. *Discours orné.* Locupletior lingua. Cic. Inter suos copiosus. Cic. Urbs celebris & copiosa. Cic. Copiosum patrimonium. Cic. *Et au figuré:* Copiosum ingenium. Cic. Copiosa oratio. Cic. *Un discours abondant.* Thesauris Arabum opulentior. Hor. Templum donis opulentum. Virg. Rex Asiæ opulentissimus. Cic. Pars provinciæ agro virisque opulentior. Sall. Mirari quòd Apollonius, homo pecuniosus, tandiù ab isto maneret integer. Cic. Balbus benè peculiatus. Cic. Peculiosus servus. Plaut. Inopia rei pecuniariæ. Cic. Lis pecuniaria. Quintil.

477. *Dividere, Distribuere, Dirimere, Separare, Partiri.*

DIVIDERE, *diviser, en parlant des choses, des objets, & non pas des esprits, ou des cœurs, de* dis, bis, *& du mot Etrusque,* iduere, *partager.* DISTRIBUERE, *donner à chacun la part qui lui revient, de* dis *&* tribuere. DIRIMERE, *rompre une union, ou terminer par une décision, de* dis *&* emere, *qui signifioit, ôter.* SEPARARE, *séparer, mettre à part,* (quasi) à se parare. PARTIRI, *partager, donner ou recevoir une portion, de* pars.

Dividere æqualiter in duas partes. Cic. Mons Syriam à Cilicia aquarum divortio dividit. Cic. Distribuere in singulos. Cic. Distribuere imperia. Cic. Distribuere tempora commoda peregrinationis. Cic. Con-

Digitized by Google

rubium dirimere. Liv. Pacem dirimere. Cic. Dirimere controverſiam. Cic. Concilium dirimere. Sall. Quoniam vera à falſis nullo diſcrimine ſeparantur. Cic. Virtus ipſa per ſe ſuâ ſponte, ſeparatâ etiam utilitate, laudabilis. Cic. Iſta verò quæ tu contexi vis, aliud quoddam ſeparatum volumen expectant. Cic. Æqualiter omnes partirentur. Cic. Diſcrimen & periculum ex æquo partiemur. Tacit. Officia inter ſe partiuntur. Cæſ. Cauſas cum Hortenſio partiebat. Cic.

478. *Divortium, Repudium, Abruptio.*

DIVORTIUM, *ſéparation de choſes qui tournent de différens côtés, de* dis *&* *de* vertere. Propè ipſis jugis ad divortia aquarum caſtra poſuit. Liv. *Au figuré*: Hæc autem ut ex Apennino fluminum, ſic ex communi ſapientium jugo ſunt doctrinarum facta divortia. Cic. Nihil eſt honeſtius, quàm quòd cum mimâ fecit divortium. Cic. *On dit* divortium, *lorſque le mari & la femme ſe ſéparent, &* repudium, *lorſque le mari quitte ſa femme*, *de* pudere. Repudium renunciare. Ter. ABRUPTIO, *rupture, d'*ab *&* *de* rumpere. Abruptio corrigiæ. Cic. *Au figuré*: Iſta quam ſcribis abruptio. Cic. *Il s'agiſſoit de répudier Terentia.*

479. *Docere, Erudire, Informare, Inſtituere, Inſtruere.*

DOCERE, *enſeigner, éclairer, montrer.* ERUDIRE, *initier à certaines connoiſſances.* INFORMARE, *former à.* INSTITUERE, *mettre en état, mettre au fait.*

Quid nunc te litteras doceam? non opus eſt verbis, ſed fuſtibus. Cic. Docebo hæc omnia eſſe vera. Cic. Studioſos diſcendi erudiunt atque docent. Cic. Erudire ad Deorum cultum. Cic. Oratorem erudire in jure civili. Cic. Erudire puerum artibus. Liv. Referamus nos igitur ad eum quem volumus inchoandum, & eâdem eloquentiâ informandum. Cic. Animus benè à naturâ informatus. Cic. Civitates inſtituere, & leges ſcribere. Cic. Naves inſtituere. Cæſ. *Au figuré*: Rudem ad dicendum inſtituere. Cic. Litteris Græcis inſtituere. Cic. Inſtituere *ſignifie auſſi, établir.* Inſtituere

Digitized by Google

aliquem secundum hæredem filio. Cic. Sibi instituere amicos. Cic.

INSTRUERE, *d'in & de* struës, *garnir, fournir, équipper: il ne se met jamais seul pour Instruire; il faut ajouter* doctrinâ, disciplinâ, documentis, &c. *C'est proprement garnir quelqu'un de science.* Instrui consiliis idoneis ad agendum. Cic. Instructus artibus ingenuis. Cic. *Lorsque Ciceron dit:* anne eas quidem vires senectuti relinquimus, ut adolescentulos doceat, instituat, ad omne officii munus instruat? *cela ne veut pas dire qu'elle les instruise, mais qu'elle les dresse, qu'elle les façonne.* Emit hortos, & emit instructos. Cic.

480. *Doctor, Magister, Præceptor, Pædagogus, Monitor.*

DOCTOR, *de* docere, *est un maître qui enseigne un art ou une science: on ne donnoit anciennement ce nom, qu'à celui qui enseignoit ou avoit enseigné.* Magister, *maître, se disoit de celui qui avoit quelque autorité, & qui joignoit l'exemple aux leçons; de sorte que, sans parler, & même après la mort, un homme pouvoit être* magister. *Ainsi on dira:* Romani Græcos habuêre dicendi doctores, quosdam ex iis etiam nonnulli sibi magistros adsciverunt. PRÆCEPTOR, *étoit celui qui donnoit des préceptes de conduite, de* præcipere. *Originairement on confondoit* doctor & præceptor: Neque disjuncti doctores, sed iidem erant vivendi præceptores atque dicendi. Cic. PÆDAGOGUS, *est celui qui est chargé de conduire des enfans, de* παῖς & ἄγειν. MONITOR, *qui avertit, qui donne avis, de* monere.

Summus ille doctor istius disciplinæ Apollonius. Cic. Panætius Possidonii doctor, discipulus Antipatri. Cic. Dicendi magister. Cic. Magister virtutis. Cic. Dux & magister ad faciendum aliquid. Cic. Magister societatis. Cic. Artium liberalium magistri & vivendi præceptores. Cic. Hunc tu auctorem & præceptorem omnium consiliorum, totiusque vitæ debuisses habere. Cic. Diligendi sunt pædagogi, ut nutrices. Cic. Quos ego habui omnium mearum actionum monitores. Cic. Juvenis monitoribus asper. Hor.

Digitized by Google

481. *Doctus, Peritus, Eruditus, Gnarus.*

DOCTUS, *savant, éclairé sur quelques principes ou dans quelque science, qui sait la raison des choses.* PERITUS, *est celui qui joint l'expérience aux connoissances, de* πειράω. tentare. ERUDITUS, *versé dans les connoissances, & spécialement dans la littérature.* GNARUS, *qui connoît & qui est connu, de* γνωρίζω

Adolescentes humanissimi & doctissimi. Cic. In quo nunquàm fuit populo cum doctis intelligentibusque dissentio. Cic. Homo doctus, vel etiam usu peritus. Cic. Sapiens homo & multarum rerum peritus. Cic. Eruditus est, qui omnibus bonis artibus politus est. Cic. Animus eruditus, qui semper ex se aliquid promat, quod alios delectet. Cic. Reipublicæ gnarus. Cic. Gnarus & prudens impendentium malorum. Cic. Idque nulli magis, quàm Neroni gnarum. Tacit. Nobis ea pars militiæ maximè gnara est. Tacit. *Tacite est le premier qui ait employé* gnarus *dans le sens passif; alors la langue commençoit à changer.*

482. *Domare, Vincere, Superare, Triumphare.*

DOMARE, *dompter, de* δαμάω. VINCERE, *vaincre, être victorieux.* Vincere *dit moins que* domare. SUPERARE, *surpasser,* (quasi) super ire.

Domitores equorum verbera adhibent ad domandum. Cic. Domuisti gentes immanitate barbaras. Cic. Latiùs regnes avidum domando spiritum. Hor. Vivendum mihi cum illis quos vici. Cic. Vincere ac vinci vultu eodem. Liv. Vinci à voluptate. Cic. Labor improbus omnia vincit. Virg. Superant montes, & flumina tranant. Virg. *Au figuré:* Injurias fortunæ superare: Cic. Clàm ferro incautum superat. Virg.

TRIUMPHARE, *triompher, avoir les honneurs du triomphe, de* θρίαμβος. Curius cùm de Samnitibus triumphasset. Cic. *Au figuré:* Triumphare gaudio. Cic.

483. *Dominus, Herus.*

DOMINUS, *maître, celui qui commande dans la maison, soit par rapport aux esclaves, soit par rapport*

Digitized by Google

aux autres choſes dont on a la propriété, de domus: Apparet hunc ſervum domini eſſe pauperis. Ter. Canum domini. Cic. Comitiorum dominus. Cic. Epuli dominus. Cic. In diſcordiâ dominorum domus beata eſſe non poteſt. Cic. HERUS, *maître ſeulement relativement aux eſclaves.* Herus eſt, quid agam? Ter. Sed iis qui vi oppreſſos imperio coercent, ſit fanè adhibenda ſævitia, ut heris in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt. Cic. Nec victoris heri tetigit captiva cubile. Virg.

484. *Domus, Domicilium, Habitatio, Sedes, Tectum.*

DOMUS, *maiſon, comprend tout l'édifice, de* δέμω, *bâtir.* DOMICILIUM *ſe dit d'une demeure fixe, de* domus. HABITATIO, *habitation, logement, de* habere. SEDES *eſt proprement un ſiege, un endroit pour s'aſſeoir; il ſe prend pour la demeure même.* TECTUM *eſt proprement le toît, ce qui couvre une maiſon, de* tegere. Tectum *ſe dit de la maiſon même.*

Non domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. Cic. Ridet argento domus. Hor. Animus cœleſtis ex altiſſimo domicilio depreſſus, & quaſi demerſus in terram, Cic. Quem Cenſoriæ leges urbis domicilio carere voluerunt. Cic. *Au figuré:* Domicilium gloriæ & imperii. Cic. Peto à te ut ei de habitatione accommodes. Cic. Sumptus objectus eſt habitationis; triginta millibus dixiſti eum habitare. Cic. Omnes in iis ſedibus quæ ſub platano erant, conſediſſe dicebat. Cic. Sedem aliquam incolere. Cic. Urbs hæc ſedes omnium noſtrûm. Cic. *Au figuré:* Sedes Religionum. Cic. Diſturbata porticus Catuli, quæ reficiebatur, & ad tectum jam penè pervenerat. Cic. Vos in tecta veſtra diſcedite. Cic. Tunc erat ager ſine tecto, nunc eſt culti ſſimus cum optimâ villâ. Cic.

485. *Donum, Donatio, Munus, Præmium, Pretium, Merces.*

DONUM *eſt un pur don, indépendamment de toute eſpece d'obligation ou de convenance.* Philoſophia donum Deorum eſt. Cic. Muſarum dona. Hor. Donum *ſup-*

Digitized by Google

poſe quelque ſupériorité dans celui qui le fait. DONATIO *eſt l'action de donner.* Ut coronâ aureâ donarentur, eaque donatio fieret in theatro, Populo convocato. Cic. Quos non bonorum donatio ſatiavit. Cic. MUNUS *ſe prend ordinairement pour un préſent que l'uſage, les circonſtances ou quelques vues particulieres engagent à faire.* Parvo aliquem beare munere. Hor. Munera, crede mihi, placant hominesque Deosque. Ovid. Munus *eſt une eſpece d'hommage.* Donum *ſe dit de celui qui ne veut que faire du bien;* Munus, *de celui qui veut reconnoître un bienfait.* Munus *ſe dit auſſi des préſens des Dieux.* Beneficia parentum, Deorum immortalium munera. Cic. Inter donum & munus hoc intereſt quod inter genus & ſpeciem: genus eſt donum à donando dictum; munus ſpecies; nam munus eſt donum cum causâ, ut putà natalitium, nuptalitium, &c. Ulp. PRÆMIUM *eſt une récompenſe honorable de la ſupériorité, de la victoire.* Ampliſſimum præmium ex omnibus præmiis virtutis, ſi eſt habenda ratio præmiorum, gloria eſt. Cic. Præmio & pœnâ Reſpublica continetur. Cic. Sunt hìc etiam ſua præmia laudi. Virg. PRETIUM *eſt le prix d'une choſe que l'on vend ou que l'on achete.* Hic ager omnis quoque pretio coemptus erit, tamen ingenti pecuniâ vobis inducetur. Cic. *C'eſt dans ce ſens que Terence a dit:* magni pretii homo. Pretio & mercede duci. Cic. MERCES, (quaſi) mereri æs, *n'eſt que le paiement du travail, ou du ſervice rendu.* Pactiones mercedum. Cic. Diurnâ mercede conductum pavit. Hor. Mercedes parvas ſequitur. Hor. Mercedem operis negat. Ovid.

486. *Dotes, Artes.*

DOTES *ſont les qualités naturelles;* & ARTES, *les qualités acquiſes.* Ingenii dotes. Ovid. Raras dotes quas natura dedit. Ovid. Inſtructus artibus ingenuis. Cic. Inſtructus & ornatus plurimis & graviſſimis artibus. Cic.

487. *Dormire, Edormire, Indormire, Dormitare, Oſcitare, Stertere.*

DORMIRE, *dormir.* EDORMIRE, *ceſſer de dormir*

Digitized by Google

INDORMIRE, *dormir sur quelque chose.* DORMITARE, *fréquentatif, sommeiller.* OSCITARE, *bâiller,* (quasi) os ciere. STERTERE, *ronfler.*

Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi putat, atque concidere, & ipsum esse dormire. Cic. Jacet corpus dormientis, ut mortui. Cic. In medios dormire dies. Hor. Cùmque edormiverunt, illa visa quàm levia fuerunt, intelligunt. Cic. Edormi crapulam, & exhala. Cic. *Cuver son vin.* Congestis undiquè saccis indormis inhians. Hor. Cœnato mihi & jam dormitanti epistola illa est reddita. Cic. Adde insciliam pransi, poti, oscitantis Ducis. Cic. Tristem atque oscitantem leviter impellit. Cic. Per me vel stertas licet, non modò quiescas. Cic. Marcellus ita stertebat, ut ego vicinus audirem. Cic. *Au figuré:* In isto homine colendo tam indormivi diù. Cic. An faces admovendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem? Cic. Oscitans & dormitans sapientia. Cic. Oscitanter aliquid agere. Cic.

488. *Dubitare, Ambigere, Hæsitare.*

DUBITARE, *douter, être irrésolu,* (quasi) duæ viæ. Vinolenti dubitant, hæsitant, revocant se interdùm. Cic. Dubitare de fide alicujus. Cic. Ne dubita, nam vera vides. Virg.

AMBIGERE, *proprement, Aller autour, d'ἀμφὶ & d'agere.* Deviis itineribus ambigens patriam. Tacit. *Au figuré, être incertain, contester.* Non ambigitur, quin, *&c.* Cic. Ambigitur jus aliquod inter peritos. Cic. Regni certamine ambigebant fratres. Liv. Ambigunt agnati cum eo qui est secundus hæres. Cic.

HÆSITARE, *fréquentatif d'*hærere, *demeurer attaché, hésiter.* In vadis hæsitabant frumenti acervi. Liv. In eodem hæsitas luto. Ter. *Au figuré:* Illi in novis rebus quasi modò nascentes hæsitaverunt. Cic. Non multùm hæsitans respondebo. Cic.

489. *Duci, Trahi.*

DUCI *se dit de celui qui se laisse conduire sans résistance; au lieu que* TRAHI *marque de la violence.*

Digitized by Google

Ducor libo fumante. Hor. Duci præmio & mercede. Cic. Servi qui ad supplicium trahuntur. Cic. Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. Senec.

490. *Dulcedo, Dulcitudo.*

DULCEDO & DULCITUDO *sont les mêmes; il y a cependant cette différence, que* dulcedo *ne se trouve gueres qu'au figuré, &* dulcitudo *ne se trouve qu'au propre.* Milites dulcedine quâdam gloriæ commoti. Cic. Dulcedo vivendi. Cic. Orationis dulcedo. Cic. Quin etiam gustatus præter cæteros sensus dulcitudine commovetur. Cic.

491. *Dumus, Dumetum, Sentes, Spina, Vepres, Rubus.*

DUMUS, *buisson quelconque.* DUMETUM, *lieu couvert de brossailles.* SENTES, *buisson piquant, de* σίνω, noceo, σιντής noxius. SPINA, *une pointe, un piquant.* VEPRES, *buisson épineux.* RUBUS, *ronce.*

Silva dumis horrida. Virg. Nivei tondent dumeta juvenci. Virg. Sentes crura notant. Ovid. Animantes aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ. Cic. Spinis surgit Palinurus acutis. Virg. Septum undiquè & vestitum vepribus, & dumetis indagavi sepulchrum. Cic. Hirsuti secuerunt corpora vepres. Virg. At rubus & sentes tantummodò lædere natæ. Ovid, Mordaces rubi. Ovid.

492. *Duplex, Duplus, Geminus.*

DUPLEX, *double, deux, de* dis *& de* plicare. Duplex amictus. Hor. Panno duplici velatus. Hor. *Au figuré:* Duplex fama. Liv. Duplex stipendium. Liv. Duplex Ulysses. Hor. DUPLUS, *deux fois autant.* Dupla pars primæ partis. Cic. Subire pœnam dupli. Cic. Duplam pecuniam reponere. Liv. *Mettre deux fois autant d'argent.* GEMINUS, *jumeau, couple, pareil.* Geminum partum edere. Liv. Fratres gemini. Hor. Geminæ voragines. Cic. Similis improbitas, gemina audacia. Cic.

Digitized by Google

493. *Duplicare, Geminare, Iterare.*

DUPLICARE *signifie quelquefois, Plier en deux; quelquefois Doubler, augmenter de moitié, de* dis *&* plicare. Duplicato poplite Turnus concidit. Virg. Duplicare numerum. Cic. Et ſol decedens creſcentes duplicat umbras. Virg. Duplicare vires ſuas. Liv. GEMINARE, *doubler, accoupler, de* geminus. Jamque decem vitæ frater geminaverat annos. Ovid. Non ut ſerpentes avibus geminentur, tigribus agni. Hor. Geminatus honos. Liv. ITERARE, *recommencer, d'*iter. Iterare pugnam. Liv. Iterare voces. Hor. Cras ingens iterabimus æquor. Hor.

494. *Durare, Dureſcere, Occalleſcere.*

DURARE, *activement, rendre dur; au neutre, endurer, durer, de* durus. DURESCERE, *s'endurcir, devenir dur.* OCCALLESCERE, *ſe former un durillon, un calus, de* callum.

Duratus frigore pontus. Ovid. Rectiùs Albanam fumo duraveris uvam. Hor. Patiar quemvis durare laborem. Virg. Senſus moriendi, ſi quis eſſe poteſt, is ad exiguum tempus durat, præſertim in ſene. Cic. Frigoribus dureſcit humor. Cic. Limus dureſcit igni. Virg. Oſque meum ſenſi pando occalleſcere roſtro. Ovid. *Au figuré:* Animum durare. Ovid. Mentem durare. Tacit. In Gracchorum & Catonis lectione dureſcere. Quintil. De aliis rebus angor quidem; ſed jam prorsùs occallui. Cic.

495. *Duritia, Duritas, Rigor.*

DURITIA, *&* Durities, *dureté, de* durus. Ponere duritiem cœpêre, ſuumque rigorem. Ovid. In duritiem lapideſcere. Ovid. *Au figuré:* Animi duritia, ſicut corporis, quod, cùm uritur, non ſentit, ſtupor potiùs eſt, quàm virtus. Cic. An ego tantam animi duritiem habere poſſim, ut, *&c.* Cic. Patientiam imitatur duritia immanis. Cic. DURITAS, *rudeſſe, ne ſe dit qu'au figuré; il eſt oppoſé à* comitas. Quanta in altero

Digitized by Google

duritas, in altero comitas? Cic. RIGOR, *roideur, inflexibilité.* Rigor ferri. Virg. *Au figuré:* Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quemdam, affectusque humanos adimit. Plin.

E.

496. *Ebrietas, Ebriositas, Vinolentia.*

EBRIETAS *est l'ivresse, l'état même, au lieu qu'*EBRIOSITAS *est l'ivrognerie, l'habitude de s'enivrer.* Inter ebrietatem & ebriositatem interest, aliudque est esse amatorem & amantem. Cic. VINOLENTIA *est la passion du vin.* Ægrotationi autem talia quædam subjecta sunt, avaritia, ambitio, liguritio, vinolentia. Cic. Quid furiosam vinolensiam tuam proferam? Cic.

497. *Ecce, En.*

ECCE, *dans les bons Auteurs, annonce quelque chose de subit & d'inopiné, un événement surprenant.* Ecce autem ebrio Cleomene, esurientibus cæteris, nunciatur piratarum naves esse in portu Ediss. Cic. In somnis ecce ante oculos mœstissimus Hector. Virg.

EN *annonce ordinairement de l'indignation, & vient après quelque récit frappant.* En crimen, en causa, cur Regem fugitivus, dominum servus accuset. Cic. En cui vestros liberos committatis. Cic. *On ne peut cependant pas dire qu'il y ait de l'indignation dans cet endroit de Virgile:* En Priamus: sunt hic etiam sua præmia laudi.

498. *Edacitas, Fames.*

EDACITAS, *appétit dévorant, faim canine, d'*edere. Sine matre pueri edacitatem pertimesco. Cic. Morbus edacitatis. Cic. FAMES, *famine, faim, de* φάγω, *manger.* In fame frumentum erat exportare ausus. Cic. Etiam illud verendum, ne brevi tempore fames in urbe sit. Cic. Condimentum cibi fames. Cic. Patientia famis & frigoris. Cic. *Au figuré:* Fames honorum. Virg. Auri fames. Virg.

Digitized by Google

499. *Edere, Vesci, Mandere, Vorare.*

EDERE, *manger pour appaiſer la faim.* VESCI, *ſe repaître, ſe nourrir.* MANDERE, *mâcher.* VORARE, *avaler ſans mâcher.*

Itaque edit & bibit. Cic. Nunquàm ſitiens biberat, nec eſuriens ederat. Cic. Dii nec eſcis veſcuntur, nec potionibus. Cic. Glande veſcuntur. Cic. Omne quo veſcuntur homines. Cic. Sus ad veſcendum hominibus apta. Cic. Qui regnum adeptus cœpit veſci ſingulas. Phed. Dentibus autem in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur & mollitur cibus. Cic. Animalia alia fugunt, alia vorant, alia mandunt. Cic. Os devoratum fauce cùm hæreret lupi. Phed. *Au figuré:* Veſci voluptatibus. Cic. Nos hic litteras voramus cum homine mirifico. Cic.

500. *Edicere, Effari.*

EDICERE, *ordonner, d'è & de* dicere. EDICERE *convient aux Magiſtrats & à ceux qui ont le pouvoir en main.* Cùm Tribuni plebis edixiſſent, Senatus adeſſet. Cic. Juſtitium edicere. Cic. Edicere ſociis conventum. Liv. Dictator prædam omnem militibus edixerat. Liv. EFFARI *paroît conſacré à la religion.* Fœdus multis verbis, quæ longo effata carmine non operæ eſt referre, peregit. Liv. Locus templo effatus, jam ſacratus fuerat. Liv. *Virgile a cependant dit:* Non ipſi effata ſoroti.

501. *Educere, Educare, Alere, Nutrire, Tollere.*

EDUCERE *ſignifie* 1°. *faire ſortir, faire éclorre;* 2°. *élever, tirer de l'enfance, d'è & de* ducere. Educere è cuſtodiâ. Cic. Educere naves è portu. Cæſ. Educit obſtetrix, *dit Varron*, educat nutrix. Neque enim boni eſt, neque liberalis parentis, quem procrearit & eduxerit, eum non veſtire & ornare. Cic. Eduxit mater pro ſuâ. Ter. Jam infans in caſtris genitus, in contubernio legionum eductus. Tacit.

EDUCARE, *prendre ſoin de l'éducation, tant au phyſique qu'au moral.* Pauperes ſatis ſtipendii pendere,

Digitized by Google

si liberos educant. Liv. Apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in sermone matris. Cic. Homo ingenuus, liberaliterque educatus. Cic.

ALERE, *alimenter, entretenir, tant au propre qu'au figuré.* Neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus. Cic. Cùm agellus eum non satis aleret. Cic. Hic homo convivas non alit, sed educat. Plaut. *Au figuré:* Dicendi affiduitas aluit audaciam. Cic. Alere bellum. Liv.

NUTRIRE, *nourrir & choïer, comme font les nourrices.* Balenæ mammis fœtus nutriunt. Plin. Quod naturæ damnum utrùm nutriendum patri, an castigandum, & vexatione insigne faciendum fuit? Liv. *Au figuré:* Multi privatorum audacias nutrivêre; ego nihil timui, nisi leges. Cic.

TOLLERE *est pris de la coutume des anciens, qui mettoient leurs enfans à terre, dès qu'ils étoient nés, & ne relevoient que ceux qu'ils vouloient conserver.* Verùm quod erit natum tollito. Plaut. Mœonio Regi quem serva Licymnia furtìm sustulerat. Virg.

Primò tollitur natus puer, dein sedulæ mulieri traditur nutriendus, tùm pœdagogis educandus, posteà eductum jam, ac denique puberem, si dederit militiæ nomen, alet ærarium.

502. *Effœtus, Exhaustus.*

EFFŒTUS, *épuisé à force de produire, ou qui a passé l'âge de produire.* Effœta mulier. Sall. Effœta gallina. Plin. *Au figuré:* Frigentque effœtæ in corpore vires. Virg. EXHAUSTUS, *épuisé à force de puiser.* Postquàm exhausta palus. Virg. Exhaustus fons. Cæs. Ubere exhausto mulctra spumat. Virg. *Au figuré:* Plebs impensis exhausta. Liv. Exhaustæ bonis civitates. Cic.

503. *Effrænus, Effrænatus, Impotens.*

EFFRÆNUS, sine fræno, *se dit au propre & au figuré.* Effræno equo in medios ignes infertur. Liv. Effræno captus amore. Ovid. Gens effræna. Virg. EFFRÆNATUS *ne se dit qu'au figuré.* Indomitæ & effrenatæ cupiditates. Cic. Homines secundis rebus

Digitized by Google

effrænati. Cic. Quò impunitior libido, eò effrænatior est. Liv.

IMPOTENS, *impuissant, qui n'est pas maître, qui ne se possede pas.* Ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum hæc valeant. Cic. Neque homini infanti atque impotenti injustè facta conducunt. Cic. Impotenti esse animo. Cic. Impotens iræ. Liv. Dominatio impotens. Liv. Impotens aquilo. Hor.

504. *Effutire, Crepare.*

EFFUTIRE, *parler inconsidérément & au hazard; de* futum, *pot à l'eau.* Certè ita temerè de mundo effutiunt. Cic. Effutire aliquid ex tempore. Cic. Effutire leves indigna tragœdia versus. Hor.

CREPARE, *faire du bruit.* Sed quidnam foris crepuit? Ter. Montibus altis levis crepante lympha desilit pede. Hor. *Au figuré, Redire, répéter avec bruit.* Sulcos & vineta crepat mera. Hor. Quis post vina gravem militiam crepet? Hor.

505. *Egregius, Eximius.*

EGREGIUS, *choisi, séparé du troupeau,* (quasi) *ab* grege electus. Egregias oves mactare. *Au figuré:* Gens egregia. Virg. In bellicâ laude egregius. Cic. Corpus egregium. Hor. Egregium facinus audere. Liv.

EXIMIUS, *mis à part, d'*ex *&* *d'*emere. Quatuor eximios præstanti corpore tauros. Virg. Neque enim esset verisimile, cùm omnibus Siculis faceret injurias, te illi unum eximium, cui consuleret, fuisse. Cic. *Au figuré:* Hanc vos in Rege tam eximiam injuriam, tam acerbam neglexisse. Cic. Eximiâ spe adolescens. Cic. Eximium ingenium. Cic.

506. *Elegans, Ornatus, Urbanus, Mundus, Lautus.*

ELEGANS, *signifie proprement choisi, qui a du goût; où l'on voit du goût,* legere è. Elegans in omni judicio. Cic. Elegans oratio. Cic. *Discours élégant, où les mots sont bien choisis.* Elegans in dicendo. Cic. Elegans in cibo. Cic. Annos celans elegantia. Phed. Elegantem Regem narras. Plaut. *Un Roi qui a du goût.*

Digitized by Google

ORNATUS, *orné, équipé.* Agro benè culto nihil potest esse nec usu uberius, nec specie ornatius. Cic. Exercitus ornatus ad prælium. Tacit. *C'est dans ce sens qu'on dit* ornare classem. Cic. Ornare fugam. Ter. *Se préparer à la fuite.* Ornare Consules. Cic. *Assigner des provinces aux Consuls.* Ornare provinciam. Cic. Homo ornatissimus loco, ordine, nomine, virtute, ingenio. Cic.

URBANUS, *de la ville, d'*urbs. Urbanus mus. Hor. Urbana vita. Ter. Urbanus *est opposé à* rusticus, rusticanus. Vir urbanus *chez les Romains signifioit un homme poli, comme chez les Grecs* ἀστεῖος, *ce que nous appellons aujourd'hui un homme de Cour, parce que dans les Républiques la ville capitale est proprement la Cour.*

MUNDUS, *propre, net.* Munda supellex. Hor. Mundior justo cultus. Liv. Mundus erit, qui non offendet sordibus, atque in neutram cultûs partem miser. Hor. Vir mundus & elegans. Cic.

LAUTUS, *signifie proprement lavé, de* lavare. Lautum te voluit occidere. Cic. *Au figuré: brave, bien mis, exquis, somptueux.* Lautior servus. Cic. Cœna magnifica & lauta. Cic. Lauta culina. Hor. *est dans le même sens.*

507. *Elixus, Assus.*

ELIXUS, *cuit dans l'eau, de* lix, *eau.* Candidus elixæ miscetur caseus herbæ. Ovid. ASSUS, (quasi) arsus, *rôti, d'*ardere. At simul assis miscueris elixa. Hor. Assus panis. Cic. *Il se prend dans un sens particulier.* Assa vox. Varr. *concert de voix sans instrumens.* Assæ tibiæ. Varr. *flûtes qui ne sont point accompagnées de voix.* Assa nutrix. Cels. *nourrice exacte;* quòd puero semper assit *ou* adsit, *ce qui est une autre origine.*

508. *Eloquentia, Eloquium, Elocutio, Facundia.*

ELOQUENTIA, *éloquence, talent de bien parler, & de persuader.* Nihil aliud est eloquentia, quàm copiosè loquens sapientia. Cic. Ut hominis decus est ingenium, sic ingenii lumen eloquentia. Cic. ELOQUIUM, *discours, langage.* Dulci ac blando eloquio amicum solatus. Plaut. Insolitum eloquium tulit facundia præ-

Digitized by Google

ceps. Hor. ELOCUTIO, *elocution, maniere de s'énoncer, expreſſion.* Elocutio eſt idoneorum verborum, & ſententiarum ad rem inventam accommodatio. Cic. Elocutio commoda & perfecta tres res in ſe habere debet, elegantiam, compoſitionem, dignitatem. Cic. FACUNDIA, *grace dans le diſcours, de* fari. Alere facundiam, vires augere eloquentiæ. Quintil. Facundè alloquendo ſibi conciliare animos. Liv. Facundiæ parens Cicero. Quintil.

509. *Emancipare, Manumittere, Rude donare.*

EMANCIPARE, *émanciper ſon fils, ſa fille, les mettre hors de tutele, d'è, & de* mancipium, *droit de propriété, de* manu capere. Filius quem in adoptionem Decio Syllano emancipaverat. Cic. Nam adoptatum emancipari ſtatim, ne ſit ejus filius qui adoptarit. Cic. Emancipare, *ſignifie auſſi aſſujettir, aliéner.* Emancipare agrum. Plin. Emancipatus fœminæ. Hor.

MANUMITTERE, *mettre un eſclave en liberté. Les maîtres donnoient la liberté à leurs eſclaves avec la main.* Adſunt ſervi de cognatorum ſententiâ manumiſſi. Cic. Milo ſervos manumiſit. Cic.

RUDE DONARE, *accorder le congé.* Rudis *étoit un fleuret de bois, qu'on donnoit aux gladiateurs, pour marque de leur congé, quand ils avoient donné aſſez de preuves de leur force.* Tam bonus gladiator rudem tam citò accepiſti. Cic. *Au figuré:* Spectatum ſatis, & donatum jam rude quæris, Mecænas, iterum antiquo me includere ludo. Hor.

510. *Emax, Emptor.*

EMAX, *qui aime à acheter, d'*emere. Non eſſe cupidum, pecunia eſt; non eſſe emacem, vectigal eſt. Cic. Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem. Ovid. Non tu prece poſcis emaci. Juvenal. EMPTOR, *qui achete, d'*emere. Ne quid omninò quod venditor norit, emptor ignoret. Cic. Si hoc emptoribus venditor non dixerit. Cic.

511. *Emere, Coemere, Mercari, Nundinari.*

EMERE, *acheter.* COEMERE, *acheter pluſieurs choſes*

Digitized by Google

MERCARI, *trafiquer*, *de* mèrx. Mercari, *convient aux marchands*. NUNDINARI, *faire le commerce*, *de* nundinæ, *foire*, *marché qui se tenoit tous les neuf jours*.

Emere aliquem donis. Liv. Ad sententias emendas dedisse pecuniam. Cic. Coëmisse hinc, quæ illùc veheres, multa. Ter. Omnia bona coëmit. Cic. Sordidi etiam putandi, qui mercantur à mercatoribus, quod statim vendant. Cic. Græcâ mercamur fide. Plaut. Unâ in domo omnes, quorum intererat, totum imperium populi Romani nundinabantur. Cic.

512. *Emissarius*, *Excursor*, *Præcursor*, *Explorator*, *Speculator*, *Excubitor*.

EMISSARIUS, *émissaire*, *espion*, *d'è*, *&* *de* mittere. EXCURSOR, *coureur*, *batteur d'estrade*, *d'ex*, *&* *de* currere. PRÆCURSOR, *avant-coureur*. EXPLORATOR, *est celui qui va à la découverte des ennemis*, *d'explorare*. SPECULATOR, *contemplateur*, *celui qui d'un lieu élevé examine ce qui se passe*, *de* specula. EXCUBITOR, *sentinelles*, *vedettes*, *d'ex*, *&* *de* cubare.

Persuaseratque nonnullis invidis meis se in me emissarium semper fore. Cic. Est igitur victori omnium gentium omne certamen cum excursore, cum latrone. Cic. Quem iste in rebus capitalibus, in omni calumniâ præcursorem habere solebat & emissarium. Cic. Pelagi exploratores. Claud. Quem procul ut vidit tumulo speculator ab alto. Ovid. Speculatores oculi. Cic. Hæc eadem noctu excubitoribus, ac firmis præsidiis tenebantur. Cæs.

513. *Eous*, *Lucifer*, *Hesperus*, *Vesper*.

EOUS, *signifie proprement oriental*, *d'* Ἠως, *aurore*. Eoasque acies. Virg. *les troupes orientales*. *Il devient substantif pour signifier tantôt un des chevaux du Soleil*, *en sousentendant* equus, *tantôt le point du jour*. Aut cum Sole novo terras irrorat Eous. Virg. *Les Latins l'ont appellé* Lucifer, lucem ferens. Stella Veneris, quæ latinè Lucifer dicitur, cùm antegreditur solem. Cic. *La même étoile est appellée* Hesperus *ou* Vesper, *lorsqu'elle suit le coucher du soleil* : cùm subsequitur autem, Hesperus. Cic.

Digitized by Google

§14. *Ephebus, Pubes.*

EPHEBUS, *ἐπὶ & ἥβη, jeuneſſe. Cenſorin dit que l'on mettoit les enfans au rang des éphebes à l'âge de quinze ans, dès qu'ils étoient ſortis de l'âge appellé* puericia; *& l'on en ſortoit à l'âge de dix-ſept.* Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis. Ter. Greges epheborum. Cic. PUBES *ou* PUBER, *qui eſt en âge de puberté, quatorze ans pour les garçons, & douze pour les filles.* Puber ætas. Liv. Pater filium puberem habens. Cic. *Au figuré:* Pubera folia. Virg.

§15. *Equitare, Abequitare, Adequitare, Obequitare, Interequitare, Perequitare.*

EQUITARE, *aller à cheval.* ABEQUITARE, *ſe retirer à cheval.* ADEQUITARE, *approcher à cheval.* OBEQUITARE, *aller à cheval autour.* INTEREQUITARE, *aller à cheval au milieu.* PEREQUITARE, *traverſer un lieu à cheval.*

Cum is equitaret cum ſuis delectis equitibus. Cic. Ut Prætores pavidi inter tumultum abequitarent. Liv. Numida adequitare, deinde refugere. Liv. Stationibus hoſtium obequitare. Liv. Obequitare mœnibus. Q. Curt. In conſpectu omnium duces interequitans alloquebatur. Liv. Primò per omnes partes perequitant, & tela conjiciunt. Cæſ.

§16. *Eradicare, Extirpare, Extrahere, Evellere, Eruere.*

ERADICARE, *déraciner, de* radix. EXTIRPARE, *arracher la plante avec la ſouche, de* ſtirps. EXTRAHERE, *faire ſortir, entraîner d'un lieu.* EVELLERE, *tirer, arracher.* ERUERE, *tirer en renverſant, en fouillant.*

Eradicare aures. Plaut. Extirpare radices. Colum. Telum è corpore extrahens. Cic. Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manlio. Cic. Exciſa eſt enim arbor, non evulſa. Cic. Plantam cœno evellere. Hor. Sus roſtro ſemina eruit. Ovid. Ac veluti annoſam valido cùm robore quercum Alpini boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc eruere inter ſe certant. Virg. *Au figuré:*

Digitized by Google

figuré: Dii te eradicent. Ter. Extirpare humanitatem ex animo. Cic. Radicitùs ex animis religionem extraxit Epicurus. Cic. Extrahere, *au figuré*, *signifie auſſi tirer en longueur*: Ut ſine ullo effectu æſtas extrahe[illegible]ur. Liv. Extractum in tertium annum bellum eſt. [illegible]nferere novas opiniones, inſitas evellere. Cic. Ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ. Cic.

§17. *Erebus, Inferi, Tartarus.*

EREBUS, *ſe diſoit proprement du lieu des Enfers habité par ceux qui avoient bien vécu.* Ad genitorem, imas Erebi deſcendit ad umbras. Virg. *Anchiſe étoit parmi les bienheureux.* Invocat & duplices cœloque ereboque parentes. Virg. INFERI, *lieux ſouterreins où les méchans ſont punis après leur mort*; *d'infrà*. Ut exiſtimemus illum apud inferos impiorum ſupplicia perferre. Cic. TARTARUS, *lieu d'effroi, lieu le plus profond, où les méchans étoient punis.* Tùm tartarus ipſe bis patet in præceps tantùm, tenditque ſub umbras, quantùm ad æthereum cœli ſuſpectus olympum. Virg.

§18. *Erratio, Error, Erratum.*

ERRATIO, *l'action de s'égarer, de ſe détourner; au figuré, l'action de ſe tromper.* ERROR, *l'égarement conſidéré en lui-même, mouvemens incertains, haſardés; au figuré, erreur, incertitude d'opinion.* ERRATUM, *la faute commiſe par erreur.*

Sanè hàc multò propiùs ibit, minor eſt erratio. Ter. Motum cœli ab omni erratione liberavit. Cic. Nulla in cœlo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio. Cic. Errores Ulyſſis. Cic. Indeprehenſus, & irremeabilis error labyrinthi. Virg. Quid deceat, quid non, quò virtus, quò ferat error. Hor. In re tam clarâ nominum error manet, utriûs populi Horatii, utriûs Curiatii fuerint. Liv. Inducere aliquem in errorem. Cic. Petere veniam errato alicujus. Cic. Errata ætatis. Cic. Commune erratum. Cic.

§19. *Evidens, Perſpicuus.*

EVIDENS, *évident, viſible, frappant, de* videre.

Digitized by Google

PERSPICUUS, *transparent, ou qu'on voit au travers, de* per, *&* de *ſpicere, inuſité.* Evidens *dit plus que* perſpicuus. Evidens eſt, de quo inter omnes conveniat. Cic. Narrationes evidentes. Cic. Liquor perſpicuus. Ovid. [illegible] eſt evidentia, quàm perſpicuitas. Quintil. *Et au figuré*: Quod perſpicuam omnibus veritatem continèt, nihil indiget approbationis. Cic. Mors perſpicua. Cic. Perſpicuitas argumentatione levatur. Cic.

520. *Eumenides, Diræ, Furiæ.*

EUMENIDES, *Déeſſes infernales, d'εὖ & de μένω; qui veut dire auſſi colere. On les appeloit ainſi parce qu'elles ne puniſſoient que les ſcélérats.* Tunc primùm lacrymis victarum carmine fama eſt Eumenidum maduiſſe genas. Ovid. DIRÆ, *Furies céleſtes, miniſtres de la colere des Dieux du ciel.* Craſſo quid acciderit Dirarum obnunciatione neglectâ. Cic. FURIÆ, *Furies ſur la terre.* Eos qui aliquid impiè ſceleratèque commiſerint, agitari, & perterreri Furiarum tædis ardentibus. Cic. Furiæ *ſe dit auſſi des Furies infernales.* Furiarum maxima juxtà accubat. Virg.

521. *Ex ſententiâ, De ſententiâ, In ſententiam.*

Tres ſunt ii loquendi modi, *dit Dolet*, tam inter ſe diverſi atque diſcrepantes, quàm elegantes & venuſti. Eſt autem ex ſententiâ idem, quod ex voto, vel ex ſpe, atque ut optabamus. De ſententiâ verò eſt, de nutu & conſilio; ut, nihil ſum facturus niſi de tuâ ſententiâ, id eſt, niſi tuâ ſummâ voluntate atque aſſenſione. Sed in ſententiam eandem loqui dicitur, qui in eandem rationem verba facit, vel eòdem ſpectantia. Dicitur quoque Senatuſconſultum vel decretum in ſententiam noſtram fieri, quod fit ſecundùm nos: id eſt, in utilitatem & commodum noſtrum.

Ex ſententiâ navigare. Cic. Omnia ex ſententiâ ſuccedunt. Cic. Feliciter & ex animi ſententiâ rem gerere. Cic. Capere conſilium de ſententiâ alicujus. Cic. Nihil faciam niſi de tuâ ſententiâ. Cic. De concilii ſententiâ judicaras. Cic. Pluraque in eam ſententiam ab eiſdem contra verecundiam diſputantur. Cic. In eandem ſententiam lo-

Digitized by Google

quitur Scipio, Pompeio esse in animo Reipublicæ non deesse, si Senatus sequatur. Cæs. Eo Senatusconsulto in meam sententiam facto. Cic. Ex animi sententiâ *se prend aussi dans un autre sens* : Non falsum jurare pejerare est ; sed quod ex animi tui sententiâ juraveris, sicut verbis concipitur more nostro, id non facere, perjurium est. Cic. (*c. à d.*) Quod ita juratum est, ut mens jurantis conciperet fieri oportere. *C'est dans le même sens que Salluste a dit* : nam me quidem ex animi sententiâ nulla oratio lædere potest.

522. *Examinare*, *Librare*, *Ponderare*, *Pendere*, *Pensare*.

EXAMINARE, *peser*, *rendre égal*, *d'examen*, *la languette de la balance*. PONDERARE, *peser*, *de* pondus. LIBRARE, *tenir en équilibre*, *de* libra. PENDERE & PENSARE *son fréquentatif*, *le même que* ponderare, *peser*, *de* penderé, *être suspendu*.

Ad ea probanda, quæ non artificis statera, sed quâdam populari trutinâ examinantur. Cic. Et advertens pensas examinat herbas. Ovid. Si quis granum ipsum ponderet. Plin. Dùm nummularius ponderat argentum. Plaut. Terra librata ponderibus. Cic. Ipse suum corpus geminas libravit in alas. Ovid. Nam si tantumdem est in lanæ glomere, quantùm corporis in plumbo est, tantumdem pendere par est. Lucret. Mulier Centurionem pensantem aurum occiderent imperavit. Liv. *Au figuré* : Malè verum examinat omnis corruptus judex. Hor. Diligenter examinare verborum omnium pondera. Cic. Fidem ex fortunâ ponderare. Cic. Judex non solùm quid possit, sed etiam quid deceat, ponderare debet. Cic. In philosophiâ res spectantur, non verba pendustur. Cic. *C'est dans ce sens qu'on dit* pendere stipendium, vectigal, &c. Cic. *parce qu'on pesoit le métal*, *qui étoit la monnoie des anciens*. Pensare amicos factis. Liv. Veteribus benefactis nova pensantes malefacta. Liv.

523. *Exanimus*, *Inanimus*, *Semianimis*, *Seminex*, *Semivivus*.

EXANIMUS, *ou* EXANIMIS, *privé de la vie*, *d'ex*,

Digitized by Google

& d'animus. Ut uno ictu exanimem equo præcipitaret. Liv. Exanimumque auro corpus vendebat Achilles. Virg. *Au figuré :* Pavidus & exhanimis. Hor. INANIMUS, *inanimé, qui n'a jamais eu vie*, non animus. Partim sunt inanima, ut aurum, argentum. Cic. Inanimum nihil agit, animal agit aliquid. Cic. SEMIANIMIS, *à demi-mort, presque sans souffle & sans connoissance, de* semis & d'animus. Media procubuit domo semianimis. Ovid. Semianimes volvuntur equi. Virg. SEMINEX, *à demi-mort de ses blessures, de* semis, & de nex. Semineçem eum ad Cannas in acervo cæsorum corporum inventum Annibal domum remiserat. Liv. Oculi semineces. Ovid. SEMIVIVUS, *qui n'a que la moitié de la vie, ou de la vigueur qu'il lui faudroit.* Semivivum illum reliquit. Cic. *Au figuré :* Et cùm erat reclamatum semivivis mercenariorum vocibus. Cic. Semianimes, & semineces vix agere, & moveri possunt; semivivus agit, vadit, loquitur, sed timidè & imbecillitèr.

524. *Excusare, Purgare.*

EXCUSARE, (quasi) ex causâ detrahere, *excuser.* Excusare *suppose qu'on a manqué à quelque chose, mais qu'on l'a fait involontairement, ou qu'on a eu des empêchements ou de fortes raisons.* PURGARE, (quasi) purum facere, *purifier; au figuré, justifier.* Excuso me tibi in eo ipso, in quo te accuso. Cic. Varroni memineris excusare tarditatem meæ rum literarum. Cic. Omnia purgat ignis edax. Ovid. Cultello proprios purgantem leniter ungues. Hor. Inmissi cum falcibus multi locum purgarunt. Cic. Purgare fundamenta philosophiæ. Cic. Quòd te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. Cic. Crimen purgare. Cic.

525. *Execrari, Detestari, Horrere, Abhorrere, Abominari, Deprecari, Aversari, Odisse.*

EXECRARI, *avoir en exécration, maudire, d'ex, & de* sacrum, *ou* sacer. Tibi proficiscenti evenit, ut omnes execrarentur. Cic. Tullia domo profugit, execrantibus, quàcumque incedebat. Liv. DETESTARI, *prendre à témoin ce qu'il y a de plus saint, de de, & de*

Digitized by Google

testis. Summum Jovem Deosque detestor, me neque isti mala fecisse. Plaut. Detestari *se prend plus ordinairement pour déteſter, détourner.* Cùm viderunt, tamquam auspicium malum detestantur. Cic. De proximo bello civili non libet dicere, ignoro causam, detestor exitum. Cic. Dii immortales, avertite & detestamini, quæso, hoc omen. Cic.

HORRERE, *au propre, ſe hériſſer.* Ferreus hastis horret ager. Virg. Comæ horruerunt. Ovid. *Au figuré : avoir une frayeur qui empêche de parler.* Omnium conspectum horrere. Cic Horrere divinum numen. Cic. ABHORRERE, *avoir de l'éloignement*, horrere ab. Abhorret ab uxore ducendâ. Cic. Omnes aspernabantur, omnes abhorrebant. Cic. *Au figuré :* Abhorret voluntas ejus à me. Cic. Abhorret à fide. Liv. Non procul abhorret ab insaniâ. Cic.

ABOMINARI, *détourner comme un mauvais préſage*, d'ab, & d'omen. Regium insigne magnum onus, hoc aut moderatè perferendum est, aut, quod abominor, in te corruet. Q. Curt.

DEPRECARI, *eſt proprement oppoſé* à precari. Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem. Ovid. Deprecari periculum. Cic. Deprecari, *ſe prend auſſi pour demander avec inſtance.* Nunc proficiscimur ad reliqua, si pauca ante erimus à vobis deprecati. Cic. Deprecatum venit ad me, ut sibi ignoscerem. Cic.

AVERSARI, *ſignifie proprement détourner le viſage par horreur, ou par mépris*, vertere à. Quod ubi audivit Consul, extemplo filium aversatus, concionem advocari jussit. Liv. Aversari advocati, etiam vix ferre posse. Cic. Aversari preces. Liv.

ODISSE, *avoir de la haine.* Quem metuunt, oderunt, quem quisque odit, periisse expetit. Cic. Acerbè & penitùs aliquem odisse. Cic.

526. *Exedra, Exedrium.*

EXEDRA, *cabinet où il y avoit ſieges*, ἔξω & ἕδρα, sedes. *C'étoit là que s'aſſembloient les ſavans.* Cùm feriis Latinis ad eum venissem, offendi eum sedentem in exedrâ, & cum Caio Velleio disputantem. Cic.

Digitized by Google

Etsi multa in omni parte Athenarum sunt in ipsis locis indicia summorum virorum, tamen ego illâ moveor exedrâ. Cic. EXEDRIUM, *diminutif d'*exedra, *petit cabinet de conversation.* Exedria quædam mihi nova sunt instituta in porticulâ Tusculani; ea volebam tabellis ornare. Cic.

§27. *Exemplar, Exemplum.*

EXEMPLAR, *est proprement l'original qui sert de modele, & duquel on fait des copies, un exemplaire.* Imitari exemplar. Cic. Decipit exemplar vitiis imitabile. Hor. Exemplaria Græca. Hor. Respicere exemplar vitæ morumque jubebo doctum imitatorem. Hor. EXEMPLUM, *exemple, fait remarquable soit en bien soit en mal.* Exemplum est, quod rem auctoritate aut casu alicujus hominis, aut negotii confirmat, aut infirmat. Cic. His ego rebus exempla adjungerem, nisi cernerem, &c. Cic. Exemplum *se prend aussi pour une copie.* Cæsaris litterarum exemplum tibi misi. Cic.

§28. *Exequiæ, Funus, Feralia, Justa, Inferiæ, Sepultura.*

EXEQUIÆ, *obsèques; d'*ex, *&* de sequi; *parce qu'on accompagnoit le corps du mort.* Si funus id habendum sit, quò non amici conveniunt ad exequias cohonestandas. Cic. Postremò etiam fortassis mater exequias illius funeris prosecuta est. Cic. Silens agmen, & velut longæ exequiæ. Tacit.

FUNUS, *les funérailles, de* funis, *parce qu'on accompagnoit le corps du mort au bûcher avec des torches.* Funus interim procedit: sequimur. Ter. Acerbissimum vivo viventique funus ducere. Cic.

FERALIA, *jour consacré aux Dieux mânes, de* ferre. Hanc, quia justa ferunt, dixêre feralia, lucem; ultima placandis manibus ista dies. Ovid.

JUSTA, *les derniers devoirs que l'on rend aux morts, de* justus, *parce qu'ils étoient ordonnés, ou d'usage: τα νομιζόμενα.* Justis exequiarum carere. Liv. Justa funeri paterno solvere. Cic.

INFERIÆ, *proprement le sang des victimes, & le lait qu'on versoit dans le sépulchre, pour y fixer l'ame du mort;*

Digitized by Google

d'inferre. *Il se prend pour les sacrifices que les Païens faisoient aux Dieux infernaux, pour les morts, ou aux mânes des morts.* Mittere inferias extincto. Ovid. Inferias Orphei, Lethæa papavera, mittes. Ovid.

SEPULTURA *se prend pour la sépulture, les cérémonies de la sépulture, de* sepelire. Ab Athenienſibus locum ſepulturæ intra urbem ut darent, impetrare non potui. Cic. Honore ſepulturæ carere. Cic.

529. *Exhibere, Oſtendere, Proferre, Edere, Indicare, Oſtentare.*

EXHIBERE, *produire*, d'habere ex. OSTENDERE, *montrer, faire voir*, tendere os, *comme l'on fait quand l'on montre une choſe.* PROFERRE, *mettre dehors, avancer, étendre, prolonger*, ferre pro. EDERE, *mettre au jour, faire ſortir*, dare è. INDICARE, *indiquer, deſigner*, d'index, *qui vient lui-même d'in*, & *de* dicere. OSTENTARE, *fréquentatif d'*oſtendere, *montrer ſouvent, faire parade, montrer avec ſoin.*

Vires exhibere. Ovid. Exhibe, quæſo, exhibe librarium illud legum tuarum. Cic. Exhibe vocis fidem. Phed. Exhibere negotium alteri. Cic. Omnia integra exhibere. Cic. Os ſuum populo Romano oſtendere. Cic. Jamque oſtendiſti ſigna nutrici. Ter. *Au figuré:* Mores alicujus oſtendere. Cic. Ex arcâ pecuniam proferre. Cic. Proferrem libros, ſi negares. Cic. Proferre imperium ultra. Virg. Proferre beatam vitam uſque ad rogum. Cic. Saltem aliquos dies profer, dùm proficiſcor aliquò. Ter. Proferre audaciam. Cic. Edere partum. Tacit. Partu noviſſimo edidit Juliam. Ter. Edere animam. Cic. Edere libros, leges. Cic. *Au figuré:* Edere ſcelus. Cic. Edere cædem. Liv. Edere exempla avaritiæ. Liv. Dum licet, & veros etiam nunc editis annos. Ovid. Rem omnem indicavit puer. Cic. Vultus indicat mores. Cic. Indicare conſilium ſuum. Cic. Neque pugnas narrat, neque cicatrices oſtentat. Ter. Nunc tantùm ſignificandum putavi, ut potiùs amorem tibi oſtenderem meum, quàm oſtentarem prudentiam. Cic. Opes Sidonias oſtentat Dido. Virg.

Digitized by Google

Exhibemus quod in nobis, aut in noſtris eſt, ut juvet aut proſit; oſtendimus quod circa nos eſt, ut animadvertatur; proferimus quod apud nos reconditum eſt, ut pateat; ita quidpiam edimus, ut publici juris fiat; indicamus, ut inveniri poſſit; oſtentamus, ut admirationi ſit, aut ne inobſervatum prætermittatur.

530. *Exilis, Tenuis, Gracilis, Macer.*

EXILIS, *menu, mince.* Exile jecur. Cic. Exiles artus. Ovid. *Au figuré:* Genus ſermonis exile & aridum. Cic. Orationes exiles. Cic.

TENUIS, *délié, fin, délicat.* Aër purus, & tenuis. Cic. Natura oculos membranis tenuiſſimis veſtivit. Cic. *Au figuré:* Injuriâ prohibere tenuiores. Cic. Tenuiſſimâ valetudine eſſe. Cæſ. Locupletiſſimi cujuſque cenſus extenuarant, tenuiſſimi auxerant. Cic.

GRACILIS, *grêle, effilé.* Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, ut graciles fiant. Ter. Qui non tam habitus corporis optimos, quàm gracilitates conſectantur. Cic.

MACER, *long, maigre, de* μακρὸς, *long.* Macra cavum repetes, quem macra ſubiſti. Hor. Agello macro pauper. Hor. Quàm pingui macer eſt mihi taurus in agro. Virg. *On diroit:* In corpore gracili & macro membranas videmus admodùm tenues, & exilibus fibris contextas.

531. *Exiſtere, Extare.*

EXISTERE & EXTARE, *ont la même origine d'*ex, *&* ſtare; *il y a cette différence, qu'*exiſtere *marque du mouvement*, exiſtere ab inferis. Liv. *Ciceron parlant de la pointe des herbes qui ſort au printems, dit:* Gramina exiſtunt. *Au figuré:* E virtutibus vita beata exiſtit. Cic. Ex familiâ exiſtere, *naître d'une famille.* Extare *ne marque aucun mouvement.* Extare ex aquâ. Cæſ. *Paroître au-deſſus de l'eau.* Exiſtere ex aquâ *eſt ſortir de l'eau. Au figuré:* Senatûs-conſultum extat nullum. Cic. Extat, memoria, ſunt tabellæ publicæ. Cic. Multa extant in me tua merita. Cic.

Digitized by Google

532. *Existimatio, Judicium, Præjudicium, Æstimatio, Opinio.*

JUDICIUM, *désigne un jugement juridique, ce que ne fait pas* existimatio. Itaque nunc quemadmodum audiar sentio non modò ab his, quorum judicium atque potestas est, sed etiam ab illis quorum tantùm est existimatio. Cic. EXISTIMATIO *pris passivement ne signifie jamais dans les bons Auteurs ce que nous appellons estime, réputation, à moins qu'il ne soit désigné par quelque mot.* Honor studium virtutis, & fructus bonæ existimationis. Cic. *Par lui-même il ne signifie qu'opinion.* Homo sine existimatione *dans Ciceron veut dire un homme dont on ne pense, ou ne dit rien.* Existimationi consulere. Cic. *Travailler à faire parler de soi. Comme* existimatio *vient d'*æstimare, *qui ne signifie que faire estimation de quelque chose en bien ou en mal,* existimationem assequi, *pour dire acquérir de l'estime, seroit un barbarisme.*

PRÆJUDICIUM, *de* præ, *de* jus, *& de* dicere, *espece de jugement préparatoire avant le jugement définitif.* De quo non præjudicium, sed planè judicium factum putat. Cic. *Il se dit aussi d'un jugement porté auparavant dans une pareille circonstance.* Cùm Oppianicum jam perditum, & duobus jugulatum præjudiciis videret. Cic. *Scamander & Fabricius avoient été condamnés pour crime de poison, dont Oppianicus étoit accusé & complice, & même auteur.*

ÆSTIMATIO, *valeur, appréciation, les choses mêmes dont on a fait l'estimation, d'*æs. Non æstimatione censûs, verùm victu atque cultu terminatur pecuniæ modus. Cic. Militibus æquâ factâ æstimatione pecuniam pro his rebus solvit. Cic. In æstimationem accipere. Cic. *Prendre sur le pied de l'estimation.* Non eo sis consilio, ut cùm me hospitio recipias, æstimationem te aliquam putes accipere. Cic. *En me recevant chez vous comme votre hôte, ne croyez pas que vous receviez quelque héritage estimé à sa juste valeur.*

OPINIO, *opinion, sentiment qu'on a touchant quelque chose.* Magna est hominum de te opinio. Cic. Celeriùs opinione. Cic.

Digitized by Google

533. *Exoleſcere, Inveteraſcere, Seneſcere.*

EXOLESCERE, *perdre ſa force, ne ſentir plus, d'ex, & d'olere. Il n'eſt uſité qu'au figuré.* Ætas tua exoleverat. Cic. Nondum ea clades exoleverat. Tacit. Favor exolevit. Liv.

INVETERASCERE, *vieillir, ſe fortifier, de* vetus. Nihil enim inveteraſcere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus beata vita conſiſtit. Cic. In his locis miles inveteravit. Cæſ. Inveteravit conſuetudo. Cæſ. Memoriâ veſtrâ noſtræ res alentur, ſermonibus creſcent, litterarum monumentis inveteraſcent & corroborabuntur. Cic.

SENESCERE, *devenir vieux, ſe paſſer, de* ſenex. Tacitis ſeneſcimus annis. Ovid. *Au figuré, languir, s'affoiblir.* Civitas otio ſeneſcit. Liv. Humus laſſa ſeneſcit. Ovid. Laus ſeneſcit. Cic. Pugna ſeneſcit. Liv. Ne cunctando ſeneſcerent conſilia. Liv.

534. *Exonerare, Liberare.*

EXONERARE, *décharger, d'ex, & d'onus.* Lanam mollire puellæ diſcant, & plenas exonerare colos. Ovid. *Au figuré*: Amicus abi, exonera civitatem vano forſitan metu. Liv. Exonerare conſcientiam. Q. Curt. Fide meâ exoneratâ. Liv.

LIBERARE, *mettre en liberté, de* liber, *délivrer.* Iſtâ te curâ libero. Cic. Liberare invidiâ magnâ & inveteratâ. Cic. Liberare cuſtodiis corporis. Cic. Multæ civitates omni ære alieno liberatæ, multæ clade levatæ ſunt. Cic.

535. *Exorabilis, Placabilis.*

EXORABILIS, *de qui on obtient aiſement ce qu'on demande, d'ex, & d'orare.* Exorabilis, & facilis homo. Cic. Non exorabilis auro. Hor. PLACABILIS, *facile à appaiſer, de* placare. Si ita ſtatueris, & irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles. Cic. Præbere ſe placabilem alicui. Cic.

536. *Expectare, Præſtolari, Opperiri.*

EXPECTARE, *être dans l'attente de ce qu'on croit de-*

Digitized by Google

voir arriver, d'ex, & de ſpectare, *parce que quand on attend quelqu'un on regarde ſouvent s'il vient.* PRÆSTOLARI, *reſter debout pour recevoir quelqu'un, de* præ, *& de* ſtare. OPPERIRI, *demeurer exprès à l'endroit où quelqu'un doit venir, d'ob, & de l'inuſité* perior, *apprendre, éprouver.*

Sto expectans ſi quid mihi imperent. Ter. Expectare auxilia. Cæſ. Expectaremque ſedens quoad vocarer. Cic. Quem præſtolare, Parmenio, hìc antè oſtium? Ter. Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur armati. Cic. Opperiar hominem hìc, ut ſalutem & colloquar. Ter. Hoſtem magnanimum opperiens. Virg. Juvenes opperiuntur, dùm reſidant aquæ. Ovid. *On diroit:* Venturos intra paucos dies nuncios expectamus: amicum domi opperior: virum Principem horâ conditâ præſtolamur.

537. *Expedire, Extricare, Enodare, Enucleare, Exerere.*

EXPEDIRE, *débarraſſer,* (quaſi) extra pedes dare. EXTRICARE, *démêler, d'ex, & de* tricæ, *cheveux, ou filets qui s'entortillent aux pieds des poulets, il ſe prend plus généralement.* ENODARE, *ôter les nœuds, d'è, & de* nodus. ENUCLEARE, *ôter le noyau, d'ex & de* nucleus: *au figuré, ôter en expliquant toute difficulté.* EXERERE, *faire ſortir, d'ex, & de* ſerere.

Hic videte in quot laqueos ſe indueret, quorum ex nullo ſe unquam expediret. Cic. Cerva extricata denſis plagis. Hor. Ulmi ſummæ virgæ falce debent enodari. Colum. Herba quæ latuit Cerealibus obruta ſulcis exerit è tepidâ molle cacumen humo. Ovid. Manu ſubter togam ad mentum exertâ. Liv. *Au figuré:* Initium rei expedire. Sall. Cauſam alicujus rei expedire. Cic. Curis expeditus. Hor. Extricas nihil. Phed. *Vous n'avancez rien.* De Dionyſio tuo nihil adhuc extrico. Cic. *Je n'apprends encore rien de certain de Denys votre lecteur.* Ariſtoteles nominatim cujuſque præcepta enodata diligenter expoſuit. Cic. Contrariæ legis enodare voluntatem. Cic. In enodandis nominibus elaboratis. Cic. Hæc nunc enucleare non ita neceſſe eſt. Cic. Nec quicquam

Digitized by Google

in amplificationibus nimis enucleandum est, minuta est enim omnis diligentia. Cic. Hæc exerit fabula. Phed. *Cette fable fait voir.*

538. *Expergefacere, Suscitare.*

EXPERGEFACERE, *éveiller celui qui dort.* SUSCITARE, *remuer, de* sursùm ciere. Te expergefacias. Cic. Ignes extinctos suscitare. Ovid. *Au figuré*: Terrore subito expergefacit Italiam tumultus. Cic. Suscitare fictas sententias. Cic. Bellum civile susciture. Cic. Qui novam rationem suscitant. Cic.

539. *Experientia, Usus.*

EXPERIENTIA, *science acquise par l'usage, d'*ex *&* *de l'inusité* perior, *apprendre.* USUS, *usage, utilité, d'*uti.

Usus & experientia dominantur in artibus. Colum. Experientia patrimonii amplificandi. Cic. Atque apibus quanta experientia parcis. Virg. Hæc illi placet experientia veri. Ovid. Adjungatur usus frequens, qui omnium Magistrorum præcepta superat. Cic. Publicus usus. Hor. Fuit mihi magno usui in nostris petitionibus. Cic. Alio loco dicemus, si usus fuerit. Cic.

540. *Experrectus, Expergefactus.*

EXPERRECTUS, *est celui qui se réveille de lui-même, d'*expergere. Deinde cùm somno repetito simul cum sole experrectus essem. Cic. *Au figuré*: Experrecta virtus. Cic. Experrecta nobilitas. EXPERGEFACTUS, *est celui qui est réveillé par un autre, ou par quelque cause.* Terrore subito expergefactus. Cic.

541. *Expers, Exsors, Immunis.*

EXPERS, *qui n'a point de part à quelque chose, qui manque, d'*ex, *&* *de* pars. Sine parte. EXSORS, *qui n'a point été tiré au sort, & qui est mis hors de rang,* sine sorte. IMMUNIS, *sans emploi,* sine muniis.

Præmiorum expertem facere. Cic. Expers humanitatis. Cic. Expers injuriarum & commodorum. Cic. Nuptiarum expers. Hor. Famâ & fortunis expers. Sall. Expertes litterarum Græcarum. Cic. Ducunt exsortem

Digitized by Google

equum. Virg. Nam te voluit Rex magnus Olympi talibus auſpiciis exſortem ducere honorem. Virg. Exſors *ſe prend auſſi pour qui n'a point de part.* Unum eſſe exſortem pecuniæ, amicitiæ, fœderiſque ſecum facti. Liv. Exſors culpæ. Liv. Cos exſors ſecandi. Hor. Operum immunes famulæ. Ovid. Immunis militiâ. Liv. Immunis non eſt virtus. Cic. Immuniſque ſedens aliena ad pabula fucus. Virg. Immunis *ſe dit bien de toute exemption.* Prædia immunia. Cic. Mali, boni alicujus immunis. Ovid.

542. *Expertus, Exercitus.*

EXPERTUS, *expert, expérimenté, d'*ex, *& de l'inuſité* perior, *apprendre, éprouver.* EXERCITUS, *mis à de rudes épreuves, exercé.*

In rebus ſuis & alteriûs expertus. Cic. Non tàm doctus, quàm, quod majus eſt, expertus. Cic. Bello expertus. Virg. Certaminum expertus. Liv. Homo expertæ audaciæ. Liv. Scilicet adverſis probitas exercita rebus. Ovid. Exercitus in re militari longo bellorum uſu. Cic. Scito nihil tam exercitum Romæ fuiſſe, quàm candidatos, omnibus iniquitatibus. Cic. Quid enim nobis laborioſius, quid magis ſolliçitum, magis exercitum dici aut fingi poteſt? Cic. Exercita militia. Tacit.

543. *Explanare, Interpretari.*

EXPLANARE, *développer, applanir, d'*ex, *& de* planus. Explanatus in denos pedes cortex. Plin. *Au figuré*: Ille tibi omnia explanavit. Cic. Qualis differentia ſit honeſti & decori facilius intellegi, quàm explanari poteſt. Cic. INTERPRETARI, *interpréter, donner un ſens.* Interpretari legem. Cic. Verborum vim interpretari. Cic. Interpretari in mitiorem partem. Cic. Rem obſcuram explanare interpretando. Cic.

544. *Explere, Satiare, Saturare, Exſatiare.*

EXPLERE, *achever de remplir, completter, remplir.* SATIARE, *raſſaſier, de* ſatis. SATURARE, *ſouler, aſſouvir, de* ſatior. EXSATIARE, *raſſaſier tout à fait.*

Digitized by Google

Mundum bonis omnibus explevit Deus. Cic. Rimas explere. Cic. Cibus, quem occupant, satiat. Q. Curt. Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ. Virg. *Au figuré*: Explere avaritiam suam pecuniâ. Cic. Nunquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. Cic. Satiare odium. Cic. Mens saturata bonarum cogitationum epulis. Cic. Homines jam saturati honoribus. Cic. Saturare odium, Cic. *dit plus que* satiare odium, *mais moins qu'*exsatiare. Clade domus exsatiata. Ovid. Ne morte quidem P. Scipionis exsatiari, nisi & ipsius fama sepulti laceretur. Liv.

545. *Exponere, Explicare.*

EXPONERE, *exposer*, d'ex, & de ponere. Atque ille stravit lectulos, & exposuit vasa Samia. Cic. Frumentum advexi, exposui, vendo meum. Cic. EXPLICARE, *déplier*, d'ex, & de plicare. *On expose des marchandises en vente*, exponuntur, *sans les déplier; on les déplie lorsque les marchands se présentent*, explicantur. Vestem explicare. Cic. Pennas suas explicat pavo. Ovid. *Au figuré:* Quod ex quibusdam capitibus expositis, nec explicatis intelligi potest. Cic. Non ut quæreremus exposuimus, sed ut explicaremus. Cic.

546. *Expugnare, Debellare.*

EXPUGNARE, *prendre de force une place*, de pugna: *il ne se dit que des choses*. Castella expugnare. Cic. Domos expugnare. Hor. Expugnare fortunas. Cic. *Au figuré:* Expugnare pertinaciam legatorum. Liv.

DEBELLARE, *terminer la guerre, mettre hors d'état de la soutenir*, de bellum. Debellare, *ne se dit que des personnes*. Parcere subjectis, & debellare superbos. Virg. Debellatum est cum Græcis. Liv. Debellatus vi hostis. Liv.

547. *Extinguere, Opprimere.*

EXTINGUERE, *éteindre*, d'ἐξ & de στίζω, στίγω pungo. Extinguere ignem. Cic. *Au figuré:* Gratiam nostram extinguit hominum suspicio. Cic. Causam dissentionis nascentem extinguere. Cic. Opprimere, *étouffer*, d'ob,

Digitized by Google

& *de* premere. Opprimere ignem. Cic. *Au figuré:* Danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant; sin tale aliquid evenerit, ut extinctæ potiùs amicitiæ, quàm oppressæ videantur. Cic.

548. *Extollere, Elevare, Erigere.*

EXTOLLERE, *élever, d'*ex, *&* de tollere. ELEVARE, *élever en haut, d'*è, *&* de levare. ERIGERE, *dresser, rendre droit, d'*è, *&* de regere.

Altè pugionem extollens. Cic. Capedum lapidem hunc, atque eleva. Plaut. Erigere scalas ad mœnia. Liv. Cùm cæteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cœli quasi cognitionis, domicilique pristini conspectum excitavit. Cic. *Au figuré:* Meam fortunam deprimitis, vestram extollitis. Cic. Elevare *au figuré signifie rabaisser. Ce mot est emprunté de la balance, dont le bassin le plus léger s'éleve.* Samnitium bella extollit, elevat Etruscos. Liv. Nihil est quod tam obtundat, elevetque ægritudinem, quàm, &c. Cic. Erigere mentes, & attendere. Cic. *Depuis Plaute jamais les bons Auteurs ne se servent d'*elevare *pour dire élever, mais toujours pour rabaisser.* Qui facere quæ non possum, verbis elevant. Phed.

549. *Extremus, Extimus, Ulcimus, Postremus, Supremus.*

EXTREMUS, *d'*extra, *ou* exterus, exterior (quasi) exterimus, *le plus extérieur, le plus près du dehors, le dernier à quelque bout que ce soit: il est opposé littéralement à* interior, intimus. Cœlum extremum, aque ultimum mundi est. Cic. Finis extremus laborum. Virg. Extremâ hyeme. Cic. *Au figuré*: Manus extrema non accessit operibus ejus. Cic. Extremum ingenium. Liv. *Un génie du dernier rang.* Extremus *a un autre superlatif qui enchérit encore.* Orbis cœlestis extimus. Cic. Extimum promontorium. Plin. ULTIMUS, *superlatif d'*ultra, ulterior, *le plus reculé au commencement ou à la fin; il est opposé littéralement à* citerior, *à son superlatif* citimus. Mors ultima linea rerum est. Hor. Si non ab ultimo principio repetere volumus. Cic. SUPREMUS, *le plus élevé, le dernier*

Digitized by Google

de la file en haut, *de* supra, superior; *il eſt oppoſé à* infimus. Supremi montes, *les plus hautes montagnes*. Virg. Supreme Jupiter. Ter. Supremus ſol. Hor. *Le ſoleil couchant. Au figuré* : Supremo vitæ die. Cic. Diſceſſu mœſta ſupremo. Virg. Supremi honores. Ovid. POSTREMUS, *celui qui vient après tous les autres*, *de* poſterus, poſterior. *Il eſt oppoſé à* primus, princeps. Ut quiſque in fugâ poſtremus, ita in periculo princeps erat. Cic. Reſpondebo primùm poſtremæ tuæ paginæ. Cic. Hæc denique ejus fuit poſtrema oratio. Ter.

Ultima bonorum omnium cauſa Deus eſt. Ultima terrarum ad orientem pariter & ad occidentem alluit oceanus. Appenſa laqueari catena, ſupremum annulum ſi fregeris, tota concidet : an pungit acriùs in extremis artubus quàm in medio corpore vulneris dolor ? Nuſquam erit commendabilis qui in officio quolibet exſolvendo ſolet eſſe poſtremus.

550. *Extra*, *Extrinſecùs*, *Foris*, *Foras*.

EXTRA, *hors*. Extra conjurationem eſſe. Cic. Extra modum. Cic. EXTRINSECUS, *extérieurement*, *pour la queſtion* unde, *d'*extra. Accipere aliquid extrinſecùs. Cic. Ducunt extrinſecùs ſpiritum pulmones. Cic. FORIS, *dehors*, *lorſqu'il n'y a point de mouvement*. Parva ſunt foris arma, niſi eſt conſilium domi. Cic. FORAS, *lorſqu'il y a du mouvement*. Ire foras. Hor. Proferre foràs aliquid. Cic. *Le même Auteur a dit* : Eminere foras, *parce que dans cet endroit le verbe* eminere *marque une tendance en efforts*.

551. *Exuberare*, *Luxuriare*.

EXUBERARE, *d'*ex & *d'*uber, *être fertile*, *produire en abondance*. Annus exuberat pomis. Virg. Umbra exuberat luxuriâ foliorum. Virg. LUXURIARE, *produire en trop grande abondance*, *de* luxus. Ager aſſiduâ luxuriabat aquâ. Ovid. Compeſcere luxuriantia. Hor. Humus luxuriat. Ovid. Luxuriare, *au figuré*, *ſe laiſſer emporter à des excès à cauſe de*, *&c*. Poſitis externorum periculorum curis, ne luxuriarent otio animi. Liv. Luxuriant animi rebus plerùmque ſecundis. Ovid. *Ce qui a*

Digitized by Google

toujours rapport au sens de luxuries *dans ces deux exemples*. Luxuriem fegetum tenerâ depascit in herbâ. Virg. Orationis luxuries severiore stylo depascenda est. Cic. *Virgile dit* luxurians, *parlant de l'épaisse criniere qu'un lion secoue avec fierté :* Arrectisque fremit cervicibus altè, luxurians ; *ce qu'il explique ensuite*, luduntque jubæ per colla, per artus : *c'est* λεκυδιόων *d'Homere, dont la comparaison est prise.*

552. *Exul, Extorris, Vagus, Profugus, Relegatus, Amandatus, Deportatus, Aquâ & igni interdictus.*

Exul, *n'est autre chose qu'un homme chassé de sa terre, de sa patrie* (quasi) è solo. *L'exil étoit moins une peine, qu'un moyen de s'y dérober.* Cic. Patriæ exul. Cic. Quid est enim exul ? Ipsum per se nomen calamitatis, non turpitudinis. Quando igitur est turpe ? Reverà quando est pœna peccati, opinione autem hominum, si est pœna damnati. Cic. Exilium non supplicium est sed perfugium, portusque supplicii. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solùm vertunt : hoc est, sedem ac locum mutant. Itaque nullâ in lege nostrâ reperietur, ut apud cæteras civitates, maleficium ullum exilio esse multatum. Sed cùm homines, vincula, neces, ignominiasque vitant, quæ sunt legibus constituta, confugiunt, quasi ad aram. Cic. *Dans la suite l'exil étoit ce que nous appellons bannissement perpétuel.*

Extorris, *dit plus qu'*exul, *en ce qu'un homme* extorris à patriâ, *est un homme qui n'a ni feu ni lieu* (quasi) ex terrâ, *qui est privé de sa patrie pour quelque cause que ce soit.* Hinc centum triginta septem patres-familias extorres profugerunt. Cic. *Ils n'étoient point exilés.* Extorrem patriâ, domo, inopem, coopertum miseriis effecit. Sall. Exul atque extorris ab solo patrio. Liv.

Vagus, *errant, vagabond* (quasi) vi actus. Vagus & exul errabat. Cic. *Au figuré :* Errans & vaga sententia. Cic. Vaga, volubilisque fortuna. Cic Vagi rumores. Ovid.

Digitized by Google

PROFUGUS, (quasi) porrò fugatus, *qui fuit loin de son pays.* Trojani, qui Ænea duce profugi sedibus incertis vagabantur. Sall. *Il se dit aussi d'un homme qui change souvent de demeure.* Scythæ profugi. Hor.

RELEGATUS, *relégué, celui qu'on envoyoit pour un temps, ou indéfiniment, dans un lieu déterminé, d'où il lui étoit défendu de sortir: c'est en quoi* Relegatus *differe de* Deportatus, *qui désigne un exil perpétuel: on les portoit sur un vaisseau dans une île.* Criminabatur etiam, quòd filium ab omnibus relegasset, & ruri habitare jussisset. Cic.

AMANDATUS, *éloigné, écarté, sans fixer ni temps ni lieu, d'è & de* mandare. Me expulso, Catone amandato. Cic. *Au figuré:* Sic natura res similes procul amandavit à sensibus. Cic.

AQUA ET IGNI INTERDICTUS, *consiste dans l'interdiction du feu & de l'eau; c'est à peu près ce que nous appellons bannissement perpétuel.* Ut mihi aqua & ignis interdiceretur. Cic.

Non omnis exul extorris est, nec extorris quilibet exul. Relegati & deportati sunt extorres, non tamen propriè exules. Cæterùm hi omnes aut Populi Romani, aut Cæsaris jussu ab urbe fuerunt amandati.

F.

553. *Fabrica, Fabricatio.*

FABRICA *se prend pour l'art de l'ouvrier, pour la construction, & pour l'attelier même où l'on travaille,* de faber: *il se dit particuliérement des ouvrages à marteau:* Æris & ferri fabrica. Cic. Confectionis materiæ fabrica. Cic. Præesse fabricæ. Cic. Hanc naturæ tam diligentem fabricam imitata est hominum verecundia. Cic. Fabrica ferrea. Plin. FABRICATIO *ne se dit que de la construction, de l'arrangement des parties.* Hominis fabricatio. Cic. Immutatio in verbo fabricationem non habet, sed in oratione. Cic.

554. *Fabula, Fabella, Apologus.*

FABULA *est proprement une suite de paroles, de fari*

Digitized by Google

Lupus in fabulâ, fabulari, confabulari. *On le dit plus particuliérement d'une piece de théatre, ou de sujets inventés.* Populo ut placerent quas feciſſet fabulas. Ter. Docuit primus fabulam Livius. Cic. Fabula *ſe dit d'une hiſtoire vraie ou fauſſe.* It nova nec triſtis per cunctas fabula cœnas. Juven. Fabula eſt in quâ nec veræ nec veriſimiles res continentur, cujuſmodi eſt, angues ingentes alites juncti jugo. Cic. FABELLA, *diminutif de* fabula, *petit conte, petite piece de théatre.* Fabellas referre. Ter. Si nec fabellæ te juvant, neque fabulæ. Phed. Fabellæ Euripidis, Terentii. Cic. Vera fabella. Phed.

APOLOGUS, *d'απο & de λόγος* ſermo, *eſt une fable morale, un apologue.* Ad hoc genus aſcribamus etiam narrationes apologorum. Cic.

555. *Facere, Factitare, Agere, Gerere.*

FACERE, *faire, être l'auteur, produire, ſe dit des choſes individuelles, ou préciſes & déterminées.* Cædem facere. Cic. Foſſam facere. Cæſ. Claſſem facere. Cæſ. Bellum patriæ facere. Cic. Iter facere. Cic. FACTITARE, *ſon fréquentatif, faire ſouvent.* Hæc apud majores noſtros factitata. Cic. Nec ſatis apparet cur verſus factitet. Hor.

AGERE, *être en action, jouer le perſonnage de, pouſſer, avancer, traiter: il exprime, non pas le principe, l'auteur, ni un ſeul acte de production, comme* facere, *mais une ſuite de ſoins ou d'activité.* Agere negotium, cuniculos, diem, vocem, animam, finem, *&c.* Cic. Id agere, ut, *&c.* Cic. Inhibuit frænos qui jumenta agebat. Liv. Navem agere ignarus navis timet. Hor. Permiſſum à Senatu Conſulibus, agerent, facerent, ut è Republicâ ducerent. Liv. Ruri vitam agere. Liv. *On diroit mal* agere fidem, ſumptus, mutationem, injuriam, fœdus, aliquid irritum; *c'eſt* facere *qui convient à tous ces mots, & autres ſemblables. On diroit* iter agere: ambo propoſitum peragunt iter. Hor.

GERERE, *faire les choſes dont on eſt chargé: il emporte l'idée de conduite & d'adminiſtration bonne ou mauvaiſe.* Gerere Magiſtratum, Rempublicam, nego-

Digitized by Google

tia, bellum, res egregias, amicitiam. Cic. A rebus gerendis abstrahit senectus. Cic. Rem malè gerere. Cic. *Quelquefois il veut dire simplement, porter, ou avoir habituellement.* Galeam gerere in capite. C. Nep. Bella manu lethumque gero. Virg.

Poeta facit fabulam, & non agit; *au lieu qu'*Actor agit fabulam, & non facit. *De même* Imperator, qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit; sed gerit, id est, sustinet.

556. *Facies, Vultus, Frons.*

Facies, *face, visage.* Facies *comprend la bouche, le nez, les yeux, les joues.* Decora facies. Hor. Hispida facies. Hor. Insignis facie juvenis. Cic. Faciem non possumus nobis fingere. Cic. *Au figuré:* Armorum civilium facies. Tacit. Tam multæ scelerum facies. Virg.

Vultus, *mine, extérieur, qui dénote les sentimens de l'ame, de* velle. Imago animi vultus est, indices oculi. Cic. Vultus qui sensus animi plerumque indicant. Cic. Acer vultus in hostem. Hor. Vultus *ne se dit que des hommes.* Vultus qui nullo in animante esse, præter hominem potest. Cic. Vultum & orationem accommodare ad tempus. Cic. *Au figuré:* Unus erat toto naturæ vultus in orbe. Ovid. Dùm vultum servat fortuna benignum. Hor.

Frons, *le front, la partie supérieure du visage.* Niveâ pendebant fronte capilli. Ovid. Præcinctus arundine frontem. Ovid. Frons aspera cornu. Ovid. Obducta fronte senectus. Hor. Frons *est souvent pris pour le visage.* Frons hominis sæpè mentitur. Cic. Frons tranquilla & serena. Cic. *Au figuré:* Octo cohortes in fronte constituit. Sall. Æquâ fronte ad pugnam accedere. Liv. Æquare frontes. Liv.

557. *Factio, Seditio.*

Factio, *l'action, le droit de faire.* Quos is instituisset, cui testamenti factio nulla esset. Cic. Factio *se prend plus ordinairement pour faction, parti, cabale.* Factio nobilium. Liv. Nobilitas factione magis pollebat. Cic. Quos omnes eadem cupere, eadem odisse, ea-

Digitized by Google

dem metuere in unum coegit : sed hæc inter bonos amicitia, inter malos factio est. Sall.

SEDITIO, *sédition.* Dissentio civium, quòd seorsùm eunt alii ad alios, seditio dicitur. Cic. Seditionem facere. Cic. Sedare seditionem. Cic.

558. *Facultas, Facilitas.*

FACULTAS, *puissance, faculté, de facere.* Facultas est, aut quâ faciliùs fit, aut sine quâ aliquid confici non potest. Cic. Facultas dicendi, & copia. Cic. FACILITAS, *facilité de caractere, complaisance, de facere.* Immoderatè alicujus facilitate abuti. Cic. Amicitia ad omnem comitatem facilitatemque proclivior. Cic. Adjungenda est facilitas in audiendo, lenitas in decernendo. Cic.

559. *Fæx, Sentina.*

FÆX, *est proprement la lie, la boue que dépose la liqueur.* SENTINA, *sentine, le fond du vaisseau, où l'eau qui y entre se rassemble & se corrompt, de* sentire. Diffugiunt cadis cum fæce siccatis amici. Hor. Perunctî fæcibus ora. Hor. Cùm alii malos scandant, alii per foros currant, alii sentinam exhauriant. Cic. *Au figuré:* Apud sordem & urbis fæcem. Cic. Sentina Reipublicæ exhaurietur. Cic.

560. *Fama, Rumor.*

FAMA, *de φήμη, bruit.* Fama & Rumor, *selon Valla, ne different qu'en ce que* Fama *est grec, &* Rumor *est latin : il y a cependant cette différence, que* Fama *se met souvent pour la renommée, la réputation, & suppose plus d'importance, plus de solidité ; au lieu que* RUMOR *est un bruit qui court.* Fama sapientiæ. Cic. Famâ super æthera notus. Virg. Famâ civem causâque priorem sperne. Hor. Bonam deperdere famam. Hor. Inservire famæ. Tacit. Multitudinis rumor. Cic. Nihil perfertur ad nos præter rumores. Cic. Sed tamen nescio quid rumoris afflaverat. Cic.

561. *Famosus, Infamis.*

FAMOSUS, *fameux, dont on parle beaucoup : il se*

Digitized by Google

prend ordinairement en mauvaise part. Ponet famosæ mortis amorem. Hor. Carmen famosum. Hor. *Un poëme diffamatoire.* Nam me ad famosas mater vetuit accedere. Cic. Sed quia famosæ urbis supremum diem tradituri sumus. Tacit. INFAMIS, sine famâ, *se prend toujours en mauvaise part, & dans un sens encore plus odieux.* Homines cæteris vitiis atque omni dedecore infames. Cic. Annus infamis pestilentiâ. Liv. Genus infame Danai. Hor. Os infame Dolabellæ, turpe & immundum. Cic.

562. *Fari, Loqui, Dicere, Sermocinari, Pronunciare.*

FARI, *de φάω, φημί, parler; c'est proprement user de la faculté de montrer ou de produire ses idées, ne fût-ce que par un mot; de-là* infans, non fans. Non potest hæc fari tantùm dictis quantùm factis suppetit laboris. Cic. Fari *a, pour ainsi dire, l'air antique; il est de cérémonie: il a quelque chose de plus noble que* loqui & dicere. Tùm ad eos is Deus qui omnia genuit, fatur: hæc vos, &c. Cic. Sic fatur lacrymans. Virg.

LOQUI, *de λόγος,* sermo, *former des sons articulés, parler en être intelligent, ce qui ne peut naturellement convenir aux bêtes.* Pecudesque locutæ, infandum! Virg. Apertè loqui. Ter. Verba loquor socianda chordis. Hor. Loqui *se dit bien d'une lettre.* Accepi tuas epistolas; purè loquuntur humanitatis sale sparsæ. Cic.

DICERE, *expliquer de suite ses pensées, de δείκνυω, montrer.* Dicere *convient à celui qui parle en public.* Dicere aptè, distinctè, ornatè. Cic. Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui dispositè, ornatè, copiosèque dicit. Quintil. Ratio dicendi. Cic. *La Rhétorique.* Ratio loquendi. Cic. *La Dialectique. On diroit bien:* Nonnullos videre est, qui graviter fari incipientes, cùm permulta locuti sunt, pauca tamen dixisse visi sunt.

SERMOCINARI, *de* sermo, *s'entretenir, discourir.* In consuetudine scribendi aut sermocinandi. Cic.

PRONUNCIARE, *prononcer,* nunciare pro, *convient bien à l'historien qui annonce ce qui s'est passé.* Thucydides rerum gestarum pronunciator sincerus. Cic. Pro-

Digitized by Google

nunciare *est annoncer publiquement.* Pronunciare memoriter. Cic. Pronunciare sententiam. Cic.

563. *Fascia, Tænia, Infula, Vitta, Diadema, Mitra.*

FASCIA, *écharpe, bande.* Fascia lecti. Cic. Devinctus erat fasciis. Cic. TÆNIA, *ligature, de τείνω, tendre.* Fit longæ tæniæ vittæ. Virg. INFULA *étoit le bandeau qui ceignoit le front du Grand-Prêtre.* Præstò mihi Sacerdotes Cereris cum infulis & verbenis fuerunt. Cic. VITTA, *les bandelettes, de* vincire : *elles tomboient sur les deux épaules.* Redimitus tempora vittis. Virg. *Ces bandelettes servoient à lier les cheveux.* Solvite crinales vittas. Virg. *On en ornoit les victimes.* Velatus auro vittisque juvencus. Virg. DIADEMA *étoit un bandeau blanc, dont on ceignoit la tête des Rois, de* δέω, *lier, & de* δια Surena patrio more Tiridatem insigni regio evinxit.... Surenæ enim gentilibus jus erat novo Regi primum diadema ponere. Tacit. Diadema alicui imponere. Cic. MITRA, *en grec* μίτρα, *ceinture, ruban, étoit un ornement de tête, en usage d'abord chez les Mœoniens, & ensuite chez les Egyptiens : dans la suite les femmes en ornerent leurs têtes.* Mitra Mœonia. Virg. *Remulus reproche aux Troyens de porter des mitres comme des femmes :* Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ. Virg.

564. *Fascis, Fasces.*

FASCIS, *de* φάκελος *paquet.* Injusto sub fasce viam dùm carpit. Virg. Fasces stramentorum ac virgultorum. Cæs. Fascis, *au pluriel, signifie entr'autres choses ces faisceaux de baguettes surmontés d'une hache, qu'on portoit devant les principaux Magistrats ; au lieu qu'il n'a jamais cette signification au singulier.* Brutus prior, concedente collegâ, fasces habuit. Liv. Prætoribus præferre fasces. Cic. *Le Dictateur en avoit vingt-quatre, le Consul douze, le Préteur & le Proconsul à proportion.*

565. *Fateri, Confiteri, Profiteri.*

FATERI, *avouer, reconnoître.* Cùm tute fassus esses te id crimen tantò antè metuisse. Cic. Hæc sum ro-

Digitized by Google

gaturus, navem debeantne; fatebuntur. Cic. CONFITERI, *confesser, avouer de soi-même, de* fateri cum. Vir sapiens peccatum suum, quod celari posset, maluit confiteri. Cic. Cùm id posset inficiari, repentè confessus est. Cic. PROFITERI, *avouer publiquement, hautement*, fateri pro. Quamobrem fateor, atque etiam profiteor, & præ me fero perduellionis judicium à me fuisse sublatum. Cic. Palàm professi nusquàm indè nisi in patriam vestigium esse moturos. Liv. *Voici un exemple où la différence est bien marquée :* Qui confitetur, atque ita libenter confitetur, ut non solùm fateri, sed etiam profiteri videatur. Cic.

566. *Fatiscere, Hiare, Hiscere, Dehiscere.*

FATISCERE, *s'entrouvrir.* Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt. Virg. Area fatiscit. Virg. *Au figuré :* Mens expugnata fatiscit. Stat.

HIARE, *avoir la bouche ouverte.* Emptorem inducere hiantem. Hor. *Au figuré :* Hiavit humus multa, vasta & profunda. Sall. Mutila & hiantia loqui. Cic. Hiante avaritiâ Verres. Cic. HISCERE, *inchoatif de* hiare, *commencer à ouvrir la bouche.* Vix pauca furenti subjicio, & raris vocibus hisco. Virg. Respondebisne ad hæc? aut omninò hiscere audebis? Cic. DEHISCERE, *se fendre, s'entrouvrir, de* de *&* *de* hiscere. Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat. Virg. Æquor dehiscit. Virg. Unda dehiscens terram inter fluctus aperit. Virg. Cœlum à mediâ regione dehiscit. Cvid.

567. *Fatum, Providentia.*

FATUM, *destin, de* fari, fatus. PROVIDENTIA, *providence, prévoyance, de* pro *&* *de* videre. Fatum *porte avec soi une idée de nécessité;* Providentia, *une idée de sagesse.* Nihil fieri extra fatum. Cic. Fati necessitas, quod à Deo constitutum & designatum est, ut eveniat, causarum series sempiterna, causæ æternæ rerum futurarum, causæ inclusæ in rerum naturâ. Cic. *Les Payens eux-mêmes n'avoient pas une grande idée de* fatum. Anile sanè & plenum superstitionis fati nomen ipsum. Cic. *Cependant les Dieux eux-mêmes, suivant la Théologie*

Digitized by Google

Théologie païenne, y étoient soumis. Providentia est per quam futurum aliquid videtur antequàm eveniat. Cic. Divinam providentiam, quòcumque se moveat, efficere posse quidquid velit. Cic. Deorum providentiâ mundum administrari. Cic. Tu me curâ tuâ & providentiâ juva. Cic.

568. *Fatuus, Fanaticus, Lymphatus.*

FATUUS *étoit un homme inspiré, dont l'esprit rempli d'enthousiasme sembloit aliéné: c'est de-là qu'on a dit,* Fauni fatui, Nymphæ fatuæ, *de* fari. *Dans la suite ce nom a signifié fou, & plus particuliérement sot, imbécille.* Fatuus puer, & non gravis. Cic. Ne cum periculo fatuus sis. Cic. Hoc præceptum est magis monitoris non fatui, quàm eruditi magistri. Cic. FANATICUS, *fanatique, agité d'une fureur divine, de* fanum. Fanatici philosophi. Cic. Fanaticus homo. Cic. Carmine fanatico vaticinari. Liv. Fanaticus error. Hor. LYMPHATUS, *troublé, visionnaire,* (quasi) nymphatus. *Les Anciens croyoient qu'on devenoit fou, quand on avoit vu dans une fontaine une espece de Nymphe.* Et tunc quidem velut lymphati, & attoniti, munimentis suis trepido agmine inciderunt. Liv. Pectora lymphata. Ovid. Lymphatus pavor. Liv.

569. *Favere, Studere, Secundare.*

FAVERE, *être favorable.* Favere sententiæ alicujus. Cic. Honori alicujus favere. Cic. Nec spes ulla major apud faventes rebus Carthaginensium. Liv. STUDERE, *avoir du goût, de l'inclination pour quelqu'un ou pour quelque chose.* Studuit Catilinæ, cùm jam aliquot annos esset in foro Cælius. Cic. Studere rebus novis. Cic. Studere artibus & litteris. Cic. Hoc studet unum. Hor. SECUNDARE, *rendre heureux, faire réussir.* Dî nostra incœpta secundent. Virg. Aura blanda secundat aquas. Ovid. Secundare *n'est usité qu'en poésie.*

570. *Fax, Tæda, Funale.*

FAX, *au propre, flambeau: Il y en avoit de bois & de métal; ceux de bois étoient enduits, ceux de métal remplis de quelque matiere grasse propre à s'enflammer.*

Digitized by Google

Atque omnis facibus pubes accingitur atris. Virg. Servi cum facibus in tecta noſtra immiſſi. Cic. *Au figuré :* Invidiæ faces. Cic. Neque parvis in rebus adhibendæ ſunt hæ dicendi faces. Cic. Cùmque corporis facibus inflammari ſoleamus ad omnes ferè cupiditates. Cic. TÆDA, *morceau de bois de pin ou d'autre bois réſineux, qu'on allumoit pour ſervir de flambeau.* Pinea tæda. Ovid. Tædas ſilva miniſtrat. Virg. *Communément on refendoit un gros morceau de ces bois en pluſieurs petits. Il ſe diſoit, par extenſion, de toutes ſortes de flambeaux:* Multifidaſque faces. Ovid. *Flambeaux à pluſieurs branches, ou peut-être ſimplement morceau de bois fendu en pluſieurs quartiers pour faire des flambeaux.* FUNALE, *flambeau fait de corde enduite d'une matiere inflammable, de* funis. Vincunt funalia noctem. Virg. Funale *ſe prend ſimplement pour corde.* Funda media duo funalia imparia habebat. Cic.

571. *Fecialis, Caduceator.*

FECIALIS, *un Héraut d'armes, Orateur que les Romains envoyoient pour demander réparation du tort que leurs voiſins leur avoient fait, ou pour leur déclarer la guerre, ou pour faire la paix.* Habemus hominem in Fecialium manibus educatum, unum præter cæteros in publicis religionibus fœderum ſanctum ac diligentem. Cic. CADUCEATOR, *Héraut qu'on envoyoit aux ennemis durant la guerre, pour leur faire quelque propoſition. Leur nom vient du caducée qu'ils portoient pour annoncer leur miſſion.* Aſdrubal, ne in arcto res eſſet, Caduceatorem miſit qui promitteret ſe omnem exercitum ex Hiſpaniâ deportaturum. Liv.

572. *Ferax, Fertilis, Fœcundus, Frugifer, Uber, Fructuoſus, Quæſtuoſus.*

FERAX, *proprement, qui ſe plaît à produire, de* ferre. Agri feraces. Cic. Venenorum ferax Iberia. Hor. Terra ferax Cererę, multòque feracior uvis. Ovid. FERTILIS, *qui peut produire.* Ager, quamvis fertilis, ſine culturâ fructuoſus eſſe non poteſt. Cic. Fertilis

Digitized by Google

fructuum ager. Cic. FŒCUNDUS, *fécond, qui a en soi le germe ou le principe de beaucoup de productions, parlant des animaux, de la terre, des esprits, & non des arbres.* Sue nihil genuit natura fœcundius. Cic. Fossionibus fit terra fœcundior. Cic. Fœcundum concute pectus. Phed. FRUGIFER, *qui produit du bled*, fruges ferens. Arva frugifera. Cic. *Au figuré:* Cùm tota philosophia frugifera & fructuosa sit. Cic. UBER, *se dit d'un fonds excellent, abondant, d'*ὄυθαρ, mamma, abundantia. Uberrimus fructus. Cic. Uberrimis spicis & crebris seges. Cic. *Au figuré:* Ingenium uberius. Ovid. Uberes sententiæ. Cic. Uberrima triumphis provincia. Cic. Vir ornatus uberrimis artibus. Cic. FRUCTUOSUS, *fructueux, qui porte du profit, de* frui. Aratio fructuosa. Cic. Ars fructuosa. Cic. Putatisne vos illis rebus frui posse, nisi eos qui vobis fructuosi sunt, conservaveritis? Cic. QUÆSTUOSUS, *se dit d'un homme avide de gain, & d'une chose qui est lucrative, de* quærere. Venio jam ad sumptuosos, relinquo istum quæstuosum. Cic. Edictum quæstuosissimum. Cic. Mercatura quæstuosa. Cic.

573. *Ferre, Portare, Vehere.*

FERRE, *soutenir, supporter, soit qu'on demeure en place, ou qu'on passe d'un lieu à un autre: il se dit des choses physiques & morales.* Ferre jugum. Hor. Lectica per oppidum ferri. Cic. Ferre desiderium alicujus. Cic. Ferre dolorem. Cic. Ita ferunt rationes meæ. Cic. Sententiam ferre. Cic. Ferre repulsam. Cic. Rex te in oculis ferebat. Ter. Ferre Tribum. Cic. *Avoir le suffrage d'une Tribu.* Ferre suffragia. Cic. *Avoir les suffrages.* Ferre suffragium. Cic. *Donner son suffrage.*

PORTARE, *porter d'un lieu à un autre, de* πόρος, *passage: il ne se dit que des choses matérielles, ou considérées comme telles poétiquement.* Naves portabant Legatos Romam. Liv. Portare bellum. Virg. Fallaciam portare alicui. Ter.

VEHERE, *voiturer de quelque maniere que ce soit.* Curru quadrigarum vehi. Cic. Equus in quo vehebar. Cic. Vehere fructus ex agris. Liv. Cibum ore vehit

Digitized by Google

formica. Ovid. Tanquam ratis in mâri immenſo noſtrâ vehitur oratio. Cic. In mare vectus. C. Nep.

574. *Fervere, Efferveſcere, Ebullire.*

FERVERE, *bouillir, être vivement agité.* Fervet æſtu pelagus. Cic. *Au figuré*: Fervet opus. Virg. Opere omnis ſemita fervet. Virg. Pectus avaritiâ miſerâque cupidine fervet. Hor. EFFERVESCERE, *répandre en bouillant, bouillir avec force.* In his aquis quæ efferveſcunt ſubditis ignibus. Cic. *Au figuré, S'échauffer, s'agiter.* Si campus atque illæ undæ comitiorum, ut mare profundum & immenſum, ſic efferveſcunt quodam quaſi æſtu. Cic. Dùm efferveſcit hæc gratulatio. Cic. EBULLIRE, *de* bulla, *jeter des bouillons.* Ubi ebullibit vinum, ignem ſubducito. Cat. *Au figuré:* Quod ſolet ebullire. Cic. *Ce qui lui échappe ſouvent.* Qui ſi virtutes ebullire volent & ſapientias. Cic.

575. *Feſſus, Fatigatus, Laſſus.*

FESSUS, *épuiſé, affoibli, rebuté, languiſſant, de* fatiſcere. FATIGATUS, *harcelé, haraſſé, fatigué,* (quaſi) fatim agitatus. LASSUS, *las, abattu.* Feſſus vulnere, feſſus curſu. Liv. Feſſus inediâ, fluctibuſque. Cic. Ætate feſſus. Virg. Fatigatus & Laſſus *ne conviendroient pas, ſur-tout avec* inediâ, vulnere, ætate. *De même, ſi un homme a eu long-temps les bras ou le corps dans une poſition génante, on dira proprement qu'il eſt* laſſus, *& non pas* feſſus *ou* fatigatus. Laſſus opere faciundo. Plaut. Laſſus animus & curâ confectus. Ter. Stomachus laſſus. Hor. Ludo & ſomno fatigatus. Hor. Quæ te fortuna fatigat? Virg. Undiquè collecti coeunt, Martemque fatigant. Virg.

576. *Feſtus, Feſtivus.*

FESTUS, *de fête, de réjouiſſance.* Dies illi pro feſtis penè funeſti extiterunt. Cic. Coronâ feſtâ tegi. Ovid. Dapes feſtæ. Hor. Tempus feſtum. Hor. Feſtus pagus. Hor. FESTIVUS, *enjoué, gracieux.* Homo feſtivus. Cic. Locus feſtivus. Plaut. Sermo feſtivus. Cic. Bellè & feſtivè dicere. Cic.

Digitized by Google

577. *Fidem adhibere, Fidem habere.*

FIDEM ADHIBERE, *ajouter foi.* Quod si insanorum visis fides non est adhibenda, quòd falsa sint. Cic. Adhibere fidem *est quelquefois*, novam fidem dare. Epistola tua puero fidem adhibuit. Cic. *Votre lettre m'a confirmé ce que m'avoit dit celui que vous m'aviez envoyé.* Adhibere fidem in amicorum periculis. Cic. *Faire usage de sa probité, de sa fidélité,* (*c. à d.*) *la faire paroître, lorsque nos amis sont dans le danger.* HABERE FIDEM *signifie* 1°. *Ajouter foi.* His fidem habemus, quos plus intelligere quàm nos arbitramur. Cic. 2°. *Avoir du crédit, être cru.* Quæ fidem nullam habebunt sublatâ rei & falsi notâ. Cic. Res habuit fidem. Ovid.

578. *Fidens, Confidens, Præfidens.*

FIDENS, *plein de confiance, de* fides. Fidens *se prend ordinairement en bonne part.* Animus prudentiâ eo silioque fidens. Cic. Fidenti animo, si ita res ferret, gradietur ad mortem. Cic. Fidens animi. Virg. CONFIDENS *se prend en mauvaise part, présomptueux.* Nec minùs niger, nec minùs confidens, quàm ille Terentianus Phormio. Cic. *Ciceron blâme l'usage de n'employer* confidens *qu'en mauvaise part:* Qui fortis est, idem est fidens; nam confidens, malâ consuetudine loquendi, in vitio ponitur. PRÆFIDENS, *qui a trop de confiance.* Exultantem te & præfidentem tibi repriment validæ legum habenæ. Cic. Homines secundis rebus effrænatos, sibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportere. Cic.

579. *Fidentia, Fiducia, Confidentia, Fides, Fidelitas.*

FIDENTIA, *hardiesse, assurance, fermeté d'ame.* Fidentia est per quam magnis & honestis in rebus multùm ipse animus in se fiduciæ certâ cum spe collocavit. Cic. Fidentia scientia quædam est & opinio gravis, non temerè assentiens. Cic. FIDUCIA, *confiance, de* fidere. Quæ facio, tuâ fiduciâ facio. Cic. Vita Tyrannorum, in quâ nulla stabilis benevolentiæ

Digitized by Google

possit esse fiducia. Cic. Ubi vanus animus aurâ captus frivolâ arripuit insolentem sibi fiduciam. Phed. Fiducia *se met ordinairement en bonne part.* Fiducia cessit quò tibi, Diva, mei? Virg. Fiducia *se prend aussi pour un accord entre le créancier & le débiteur, pour sûreté de son dû, par lequel le gage lui demeurera pour sa dette, s'il n'est pas payé dans un certain temps.* Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiduciâ tamen acceptâ, occupasti. Cic. Qui fiduciam accepit, debet præstare fidem. Cic. Tria judicia, fiduciæ, tutelæ, societatis. Cic. CONFIDENTIA *est ordinairement une confiance mal fondée, une témérité, de* cum & de fidere. Tantâ confidentiâ estis; auferte istam enim superbiam. Cic. Videte quo vultu, quâ confidentiâ dicant. Cic. Jam intelliges aliam causam esse hastæ Cæsaris, aliam confidentiæ & temeritatis tuæ. Cic. FIDES, *foi, bonne foi dans les promesses.* Fundamentum justitiæ est fides, id est, dictorum, conventorumque constantia & veritas. Cic. Credamusque, quia fiat, appellatam fidem. Cic. Fidem fallere. Cic. Concidit fides. Cic. *Il n'y a plus de crédit.* Datâ atque acceptâ fide. Sall. Non ideò faciebat fidem civilis animi. Tacit. *Avec cela il ne persuadoit pas les Romains, qu'il se regardoit comme un d'entr'eux, ou qu'il avoit le cœur de citoyen, qu'il étoit citoyen dans l'ame.* Ad fidem earum rerum. Liv. *pour preuve de cela.* FIDELITAS, *fidélité, exactitude à remplir ses engagemens, ses devoirs.* Vita mea, quæ amicorum fidelitate conservata est. Cic. Erga patriam fidelitas. Cic. Fidelitate & benevolentiâ alicui satisfacere. Cic.

580. *Figura, Forma, Statura.*

FIGURA, *la figure,* de fingere. Figura *distingue les individus, & tient plus de l'art; au lieu que* forma *a plus de rapport à la nature.* FORMA *caractérise les especes, forme, conformation.* Figura totius oris & corporis. Cic. Formæ figura. Cic. *Au figuré*: Vocis figura. Cic. Negotii figura. Cic. *La tournure d'une affaire.* Homini, cùm de Deo cogitat, forma occurrit humana. Cic. Forma est naturalis nota cujusque. Cic.

Digitized by Google

Cet exemple prouve que forma *est plutôt l'effet de la nature*, naturalis, *naturelle*, *essentielle*, *& non pas accidentelle. De même :* Omnium animantium formas vincit hominis figura. Cic. STATURA, *la stature*, *la hauteur du corps*, *de* statuere. Velim mihi dicas quâ facie fuerit, quâ staturâ. Cic.

581. *Finis*, *Modus*, *Terminus*, *Limes*, *Meta*.

FINIS, *fin*, *extrémité*, *frontiere*. Hæc finis Priami fatorum. Virg. Operum longorum finis. Hor. Spe finis dura ferens. Hor. Ad extremum finem Galliæ. Liv.

MODUS, *mesure*, *mode*, *regle*, *maniere*. Etsi suus cuique rei modus est, tamen magis offendit nimium quàm parum. Cic. Modum constituere in rebus infinitis. Cic. Modo & ratione omnia facere. Cic. Modus vivendi. Cic. Modus *se prend aussi pour la mesure*, *la cadence dans la musique*. Ut in musicis numeri & voces & modi. Cic.

TERMINUS, *borne qui sépare un champ*. Est enim inter nos non de terminis, sed de totâ possessione contentio. Cic. *Au figuré :* Omnium ætatum certus est terminus ; senectutis autem nullus est certus terminus. Cic. Angustus ævi terminus. Virg.

LIMES, *chemin de traverse*, *pierre qui sert de borne*, *de* λεῖμμα. reliquiæ, hemitonium, locus divisionis. Lato te limite ducam. Virg. Limes agro positus. Virg.

META, *borne faite en forme de pyramide*, *autour de laquelle devoient tourner les charriots sans y toucher*. Metâ fervidis evitata rotis. Hor. Stringere metas rotâ. Ovid. *Il se prend plus généralement*. Sol ex æquo metâ dimabat utrâque. Ovid. *Au figuré :* Fama adolescentis paululùm hæsit ad metas infelici vicinitate & insolentiâ voluptatum. Cic. Voluptas finita ad metas venit. Ovid.

582. *Flaccescere*, *Languere*, *Marcere*, *Torpere*, *Tabescere*.

FLACCESCERE, *se faner*, *se flétrir*, *devenir flasque*. Dùm flaccescat fœnum. Colum. *Au figuré :* Dein cùm otiosus stylum prehenderet motusque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio. Cic. LANGUERE, *languir*, *être foible*. Purpureus velùti

Digitized by Google

çùm flos succisus aratro langueſcit moriens. Virg. Cùm langueremus è viâ. Cic. MARCERE, (quaſi) macrere, *devenir lâche*. Marcere luxuriâ & vino. Liv. Marcentem potorem recreare. Hor. Marceſcere deſidiâ & otio. Liv. TORPERE, *être engourdi*. Ceſſatione torpere. Cic. Veterno gravi torpere. Virg. *Au figuré:* Vox & ſpiritus torpet. Liv. Frigere & torpere conſilia ſenis. Cic. TABESCERE, *ſe fondre en pus, de* tabes. Morbo tabeſcere. Cic. *Au figuré:* Deſiderio alicujus tabeſcere. Cic. Dolore tabeſcere. Cic.

583. *Flare, Spirare, Halare.*

FLARE, *ſouffler*. SPIRARE, *avoir la reſpiration, le ſouffle: c'eſt par métaphore & par analogie qu'il ſe prend pour* flare *ou* halare. HALARE, *exhaler, rendre une odeur*. Tùm cùm Favonius flaret. Cic. Simul flare ſorbereque haud factu facile eſt. Plaut. Dùm animâ ſpirabo meâ. Cic. Cœpit ſpirare valentiùs Eurus. Ovid. Ambroſiæque comæ divinum vertice odorem ſpiravêre. Virg. De gelidis halabat vallibus aura. Ovid. Invitent croceis halantes floribus horti. Virg. *Au figuré:* Belli nobis flavit leniſſimus Auſter & mitis. Cic. Spirare Tribunatum. Liv. Amores ſpirare. Hor.

584. *Flexilis, Flexibilis, Flexuoſus.*

FLEXIBILIS & FLEXILIS, *qu'on peut aiſément plier; de* flectere. Materia flexibilis, & commutabilis. Cic. Arcus flexibilis. Ovid. *Au figuré*: Flexibile vocis genus. Cic. Nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem. Cic. Flexibilis ætas. Cic. Nihil eſt tam tenerum, tam flexibile, neque quod tam facile ſequatur, quòcunque ducas, quàm oratio. FLEXUOSUS, *qui n'eſt pas droit, qui va en tournant, de* flectere. Iter flexuoſum habet auditus, ne quid intrare poſſit, ſi ſimplex & directum pateret. Cic. Flexuoſus volatus hirundini. Plin.

585. *Florere, Floreſcere, Vigere.*

FLORERE, *être en fleur, de* flos. Arbor floret. Cic. Floret ager. Virg. *Au figuré:* Florere in Foro. Cic. Acceſſus meus ad urbem incredibili hominum gratula-

Digitized by Google

tione floruit. Cic. Florere ætate & formâ. Cic. Florere laude bellicâ. Cic. FLORESCERE, *entrer en fleur.* Pulegium aridum dicitur floreſcere brumali ipſo die. Cic *Au figuré :* Ad ſummam eloquentiæ gloriam floreſcere. Cic. Nolite, judices, hunc nunc primùm floreſcentem firmatâ jam ſtirpe virtutis tanquam turbine aliquo aut ſubitâ tempeſtate pervertere. Cic. Hæc tua juſtitia & lenitas animi floreſcet quotidiè magis. Cic.

VIGERE, *être en vigueur*, *de* vis *&* *d'*agere. Ut neceſſe ſit omnium rerum, quæ naturâ vigeant, ſimilem eſſe finem, non eundem. Cic. Vigere corporibus. Liv. Animus poſt mortem ſentit & viget. Cic. *Au figuré* : Apud eos venandi & equitandi laus viget. Cic.

586. *Fluctuare, Fluitare.*

FLUCTUARE, *être agité par les flots*, *de* fluctus. Atque ut nunc valdè fluctuat mare, nulla nobis ſpes eſt. Plaut. Quadrirememque in ſalo fluctuantem reliquerat. Cic. *Au figuré* : Magno curarum fluctuat æſtu. Virg. Fluctuare animo. Liv. Fluctuare in re aliquâ. Cic. Tota res etiam nunc fluctuat. Cic. FLUITARE, *flotter*, *ſurnager.* Cùm fluitantem alveum tenuis in ſicco aqua deſtituiſſet. Liv. Fluitantia arma in Tyberi. Liv. *Et au figuré* : Spe fluitare. Hor. Cæcâ fluitantia ſorte. Hor.

587. *Fluctus, Fluctuatio.*

FLUCTUS, *flot*, *vague*, *de* fluere. Motus & agitatio fluctuum. Cic. Inſani fluctus feriunt littora. Virg. *Au figuré* : Concionum fluctus. Cic. Fluctum totiùs barbariæ ferre urbs una non poterat. Cic. FLUCTUATIO, *eſt l'agitation des flots : il n'eſt uſité qu'au figuré.* Fluctuatio ſtomachi. Plin. In eâ fluctuatione animorum opprimi incautos poſſe. Liv.

588. *Fluvius, Flumen, Fluentum, Amnis, Torrens.*

Quoique fluvius *&* flumen *s'emploient aſſez ſouvent indifféremment, on doit cependant les diſtinguer.* FLUVIUS *eſt le mot propre pour ſignifier un fleuve, une maſſe d'eaux coulantes, renfermées habituellement dans leur canal.* FLUMEN *ne ſignifie proprement qu'un flux très-abondant,*

Digitized by Google

soit d'eaux, soit de toute autre chose: c'est pourquoi l'on dit bien, flumen ingenii, orationis, *& non pas* fluvius. Devehi secundo flumine. Liv. Fluvius Eurotas. Cic. Apud flumen Nilum. C. Nep. FLUENTUM *est un courant d'eau, de* fluere. Xanthi fluenta. Virg. Rauca fluenta. Virg.

AMNIS, *donne l'idée d'un grand fleuve.* Vorticoso amni delatus in hostes. Liv. Spumosus amnis. Virg.

TORRENS, *un torrent, une riviere, formée par les pluies, & qui tarit dans l'été, de* torrere. Ecce velut torrens undis pluvialibus auctus, aut nive, quæ Zephyro victa repentè fluit, per sata perque vias fertur. Ovid.

589. *Fluxus, Fragilis, Caducus, Instabilis.*

FLUXUS, *de* fluere, *passager, prompt à s'écouler.* FRAGILIS, *fragile, aisé à rompre, de* frangere. CADUCUS, *de* cadere, *qui tombe.* INSTABILIS, *qui n'est pas stable, glissant*, non stare.

Fluxi succi. Plin. Fluxum pertusumque vas. Lucret. Glacies fragilis. Ovid. In fragili corpore odiosa omnis offensio. Cic. Folia caduca. Ovid. Fulmen caduceum. Hor. Locus instabilis. Ovid. Quippe ubi pedes instabilis ac vix vado fidens vel inermi equite equo temerè acto perverti posset. Liv. *Au figuré*: Fortuna belli fluxa. Cic. Mens senio fluxa. Tacit. Divitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis est. Sall. Res humanæ fragiles & caducæ sunt: Cic. Omnia caduca præter virtutem. Cic. Animi instabiles. Virg.

590. *Fodere, Defodere, Effodere, Fodicare, Cavare.*

FODERE, *fouir, creuser.* DEFODERE, *enterrer.* EFFODERE, *déterrer.* FODICARE, *fréquentatif de* fodere, *piquer, aiguillonner.* CAVARE, *creuser, caver, de* cavus.

Humum fodere. Virg. Puteos fodere. Cæs. Respondit conjector thesaurum defossum esse sub lecto, fodit, invenit. Cic. Defodere in terram. Liv. Argentum effoderetur penitùs abditum. Cic. Emamus qui fodicet latus. Hor. Cavat arbore lintres. Virg. Saxa cavantur aquâ.

Digitized by Google

Ovid. *Au figuré* : Fodit dolor. Cic. Ora Fodere haſtis. Liv. Fodere ſtimulis. Cic. Effodit illiûs memoria pectus meum. Cic. Oculi illiûs effodientur. Cæſ. Non eſt in noſtrâ poteſtate, fodicantibus his rebus quas malas eſſe opinamur, diſſimulatio vel oblivio. Cic.

591. *Fœdare, Contaminare, Inquinare, Maculare, Polluere, Scelerare, Deformare, Turpare, Temerare.*

FŒDARE, *mettre dans un état affreux : il a plus de rapport à la cruauté, l'indignité, qu'à la ſouillure.* CONTAMINARE, *de* tangere, *ſouiller par le toucher.* INQUINARE, *ſe dit des choſes puantes & infectes qui s'attachent à la ſuperficie, de* cunæ. MACULARE, *de* macula, *faire des taches.* POLLUERE, *ſe dit de tout ce qui gâte & ſouille honteuſement.* SCELERARE, *de* ſcelus, *ſouiller par un crime.* DEFORMARE, *de* forma, *ôter la beauté.* TURPARE, *de* turpis, *rendre laid.* TEMERARE, *profaner les choſes ſaintes.*

Quæ cauſa indigna ſerenos fœdavit vultus? Virg. Ora fœdans unguibus. Virg. Grex morbo contaminatus. Hor. Integra contaminatis opponuntur. Cic. Aquâ turbida & cadaveribus inquinata. Cic. Aurum tempus inquinavit ære. Hor. Merdis caput inquiner albis. Hor. Terram tabo maculant. Virg. Viden tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Plaut. Domus caſta polluitur ſtupris. Hor. Lues impura ludos polluit. Cic. Parce pias ſcelerare manus. Virg. Canitiem immundo deformat pulvere. Virg. Deformare *ſignifie auſſi, peindre, ébaucher.* Quem ſupra deformavi. Cic. Rugæ turpant te. Hor. Cæſar ornamenta ipſa turpavit. Cic. Sepulchra Majorum temerata ac violata. Liv. Sacra hoſpitii temerata. Ovid. *Au figuré* : Romam ipſam fœdavit adventus tuus. Cic. Veritatem mendacio contaminare. Cic. Famam alicujus inquinare. Cic. Maculare ſplendorem alicujus. Cic. Jura nefario ſcelere polluere. Cic. Deformare genus & fortunam honeſtam. Liv. Fluvios temerare venenis. Ovid.

592. *Fœmina, Mulier, Matrona, Uxor.*

FŒMINA, *femme, femelle.* Mors in claris viris, &

Digitized by Google

fœminis dux in cœlum solet esse. Cic. Aliæ bestiæ mares, aliæ fœminæ sunt. Cic. Fœmina *se dit d'une femme mariée & d'une fille.* Fœmina decennis. Plin. Præstantissima omnium fœminarum uxor tua. Cic.

MULIER, *est une femme mariée.* Cicero objurgantibus quòd sexagenarius Popiliam virginem duxisset, cras mulier erit, inquit. Quintil. Ut sentiant mulieres in naturâ fœminarum omnium Deum castitatem pati. Cic.

MATRONA *est un terme de dignité.* Tanquam meretrices in matronarum cætum. Cic. Si matrem-familias secùs, quàm matronarum dignitas postulat nominemus. Cic. Si torus in pretio est, dicor matrona tonantis. Ovid.

UXOR, *l'épouse de tel*, (quasi) unxor, *d'*ungere, *parce qu'on frottoit de graisse la porte en entrant dans la maison de son mari.* Uxor sine dote veniet. Ter. A ducendâ uxore abhorret. Cic.

593. *Fœnus, Fœneratio, Usura.*

FŒNUS, *l'intérêt de l'argent qu'on a prêté, par-dessus le capital*, de fœtus. Dare fœnori pecuniam. Cic. Dives positis in fœnore nummis. Hor. Facere fœnus. Cic. Fœnore trucidari. Cic. FŒNERATIO *est le prêt même de l'argent à intérêt.* Pecunia translata in quæstum & fœnerationem. Cic. Nec enim si tuam ob causam cuiquam commodes, beneficium illud habendum est, sed fœneratio. Cic. USURA *est proprement l'usage, la jouissance d'une chose, d'*uti. Usura temporis. Cic. Usuram hujus lucis ne eripiatis. Cic. Dare usuram unius horæ ad vivendum. Cic. Usura *se prend aussi pour le profit qu'on tire d'une chose qu'on a prêtée.* Certare cum usuris fructibus prædiorum. Cic. Consistere usura debuit. Cic. *Les intérêts ont dû cesser de courir. Au figuré :* Terra nunquam recusat imperium, nec unquam sine usurâ reddit quod accepit, sed aliàs minore, plerùmque majore cum fœnore. Cic.

594. *Folium, Frons-dis.*

FOLIUM *se dit de toutes sortes de feuilles, de φύλλον.* In arboribus truncus, rami, folia. Cic. Mordacia urticæ folia. Plin. Folia acanthi. Virg. Concava cepæ folia. Plin. Amaris vesci foliis. Hor. FRONS *ne se*

Digitized by Google

dit que des feuilles des arbres. Fœcundæ frondibus ulmi. Virg. Arboreæ frondes. Ovid. Spargit agrestes tibi silva frondes. Hor. Deserta via & inculta atque intercluſa frondibus & virgultis, Cic.

595. *Fons, Scatebra, Origo, Caput.*

FONS, *fontaine, ſource, de* fundere. Aquæ dulcis fons Syracuſis eſt, incredibili magnitudine, peniſſimus piſcium. Cic. Fontes obſtrepunt manantibus lymphis. Hor. Sub ipſius oppidi murum magnus fons prorumpebat. Cæſ. *Au figuré:* Caput & fons rerum. Hor. Fons mœroris. Cic, Nec ſceleratiſſimorum conſiliorum fontes haurire dubitavi. Cic. Fons & caput philoſophorum Socrates. Cic. SCATEBRA, *ſource d'eau, jailliſſement, de* ſcatere, *ſourdre.* Scatebriſque aremia temperat arva. Virg. Fontium ſcatebræ. Plin. ORIGO, *origine, d'*oriri. Fontium origines celat Nilus. Hor, Origo ſummi boni. Cic. Cœleſtis origo. Cic. CAPUT *ſignifie proprement la tête*, quòd inde, *dit Varron*, initium capiant ſenſus & nervi. Dolores capitis. Hor. *Au figuré:* Caput Rheni. Hor. Caput rerum. Cic. Caput eſt ad benè vivendum ſecuritas. Cic. Sed cedo caput cœnæ. Cic.

596. *Fori, Tranſtra.*

FORI, *les ponts, le tillac d'un navire, de* ferre. Cùm alii malos ſcandant, alii per foros curſitent, alii ſentinam exhauriant. Cic. *Il ſe prend auſſi pour les lieux marqués pour chaque corps du Peuple Romain aux ſpectacles.* Tùm primùm circo deſignatus eſt locus: diviſa loca à Patribus Equitibuſque ubi ſibi ſpectacula quiſque faceret, fori appellati. Liv. TRANSTRA, *les bancs des rameurs.* Conſidere tranſtris. Virg.

597. *Formidoloſus, Formidabilis.*

FORMIDOLOSUS *ſe dit de celui qui craint & de celui qui eſt formidable.* Ego formidoloſus? Nemo eſt hominum, qui vivat, minùs. Ter. Formidoloſior hoſtium miles. Tacit. Improbis aliena virtus formidoloſa eſt. Sall. Dubia & formidoloſa tempora. Cic. Formidoloſus *eſt l'effet d'une crainte ou d'un danger plus éloigné.* FOR-

Digitized by Google

MIDABILIS, *formidable, eſt l'effet d'un danger que l'on voit de près & que l'on connoît.* Nullæ in fronte minæ, nec formidabile lumen. Ovid. Orcus formidabilis. Ovid. Formidabilis ſerpens. Ovid. *On diroit bien :* Formidoloſa nubes tempeſtatem prænuncians; formidabile tonitru cum fulguribus terram concutiens. *De même :* Formidabilis erat Achillis in prælium ruentis aſpectus; formidoloſior erat inimicis Ulyſſes.

598. *Formula, Norma, Regula, Præſcriptum, Præſcriptio.*

FORMULA, *formule, diminutif de* forma. Juriſconſultorum formulæ. Cic. Formula dicendi. Cic. Hæc populos, hæc magnos formula Reges, excepto ſapiente, tenet. Hor. In ſociorum formulam referre. Liv. *recevoir au nombre des alliés.* Teſtamentorum formulæ Cic. Vis hanc formulam cognitionis eſſe, ut uter timuerit, ne alter videretur regno dignior, is conſilium opprimendi fratris judicetur cepiſſe? Liv.

NORMA, *équerre, outil pour régler les ouvrages.* Longitudines ad regulam, anguli ad normam reſpondentes exigantur. Vitruv. Norma *eſt plus uſité au figuré :* Norma legis. Cic. Loquendi norma. Hor. Naturali normâ legem bonam à malâ dividere poſſumus. Cic. Vitam ad certam rationis normam dirigere. Cic.

REGULA, *regle qui ſert à dreſſer les longueurs, de* regere. In fabricâ ſi prava eſt regula. Lucret. *Au figuré :* Servatâ illâ regulâ, ad quam omnia judicia rerum dirigantur. Cic. Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas. Hor. In his autem ipſis mediocritatis regula optima eſt. Cic. Habere regulam, quâ vera & falſa judicentur. Cic.

PRÆSCRIPTUM *eſt une regle déja précédemment établie;* PRÆSCRIPTIO, *celle que dicte actuellement la raiſon, la nature, ou toute autre autorité, d'après l'examen des circonſtances préſentes, de* præ, & *de* ſcribere. Ex præſcripto civitatis. Cic. Cujus rei certum quiddam præſcriptum videtur in perpetuum dari poſſe. Cic. Hæc præſcripta ſervantem licet magnificè vivere. Cic. Hæc norma, hæc regula, hæc præſcriptio naturæ. Cic. In-

Digitized by Google

temperantia, quæ est à totâ mente, ac rectâ ratione defectio : sic aversa à præscriptione rationis, ut, &c. Cic. *Cæsar a employé* præscriptio *pour prétexte.* Ut honestâ præscriptione rem turpissimam tegerent.

599. *Fornix, Camera, Testudo.*

FORNIX, *voûte.* Non debebit præstare quod fornix vitii fecerit. Cic. Relinquuntur fornices crebri montibus sustinendis. Plin. *C'est delà que vient* Fornicari, *parce que c'étoit sous des voûtes que se retiroient les femmes débauchées.*

CAMERA, en Grec καμάρα, *toît fait en voûte, berceau, chambre.* Cameras quasdam non probavi, mutari jussi. Cic. Percutere cameram semine pomorum. Hor.

TESTUDO, *tortue. L'écaille étoit une magnificence à Rome : on en ornoit les portes en marqueterie : c'est dans ce sens que l'on peut entendre,* nec varios inhiant pulchrâ testudine postes. Virg. *Et ailleurs :* Tùm foribus Divæ mediâ testitudine templi resedit.

600. *Fors, Fors-fortuna.*

FORS, *rencontre, occurrence : il est opposé* à ratio. Seu ratio dederit, seu fors objecerit illa. Hor. Fors in aliquibus rebus plus quàm ratio potest. Cic. FORS-FORTUNA *se dit toujours d'une rencontre heureuse.* O fors-fortuna, quantis commoditatibus hunc onerasti diem ! Ter. Forte-fortunâ adfuit hic meus amicus. Cic.

601. *Fortè, Fortuitò, Forsan, Fortassè.*

FORTÈ *exprime ce qui arrive par rencontre, par l'effet des conjonctures, ce qui se trouve.* Fortè evenit. Liv. Fortè confederamus in Albano. Cic. *On ne diroit pas bien* fortuitò. FORTUITÒ, *par l'effet du hasard, sans qu'on y ait pensé.* Sivè hoc ita sit fortuitò. Cic. Incidere fortuitò in aliquem sermonem. Cic. Fortuitò, aut sine consilio. Cæs. FORTASSÈ, FORSAN, Forsitan, Fortassis, *peut-être.* Forsan & hæc olim meminisse juvabit. Virg. Forsitàn quispiam dixerit. Cic. Sed egó

Digitized by Google

fortassis vaticinor. Cic. Græculus otiosus & loquax; fortasse doctus. Cic.

602. *Fortuna, Casus, Eventus, Eventum.*

FORTUNA, *la fortune, événement subit & imprévu.* Fortuna, *sans épithete se prend ordinairement en bonne part.* Aspirat fortuna labori. Virg. Inferiorem alio fortunâ esse. Cic. Sejungi non potest fortuna à temeritate. Cic. *Au pluriel, les biens, les richesses.* Imminebat omnium fortunis tuus furor. Cic.

CASUS, *de* cadere, *chûte, aventure.* Ille miser ignarus casûs sui. Cic. Mirificus casus intervenit. Cic. Casus humanarum rerum varii sunt. Cic.

EVENTUS, *événement.* EVENTUM, *ce qui est arrivé.* Eventus est alicujus rei exitus. Cic. Consilia primùm, deinde acta, posteà eventus. Cic. Quid fortuna, quid casus, quid eventus, nisi cùm sic aliquid cecidit, sic evenit, ut vel non cadere atque evenire, vel aliter cadere atque evenire potuerit? Cic. Causæ eventorum magis movent quàm ipsa eventa. Cic. Fabula eventorum nostrorum. Cic.

603. *Fossa, Fovea, Scrobs, Lacuna.*

FOSSA, *fossé, canal, de* fodere. Fossa Rheni gurgitibus illis abundans. Cic. Transitum fossæ ponticulo ligneo jungere. Cic. Oppidum vallo & fossâ circumdedi. Cic. Perpetua fossa. Cæs.

FOVEA, *fosse, creux.* Ita decipiemus foveâ lenonem Lycum. Plaut. Anates in foveas, quibus feras venamur, delapsæ solæ evadunt. Plin.

SCROBS, *fosse, trou creusé pour planter un arbre, ou de la vigne, de* scabere, *gratter.* Si quis inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis. Virg. Repletæ scrobes. Virg. Ante memento magnos scrobibus concidere montes, quàm lætum infodias vitis genus. Virg. Scrobs clibano similis fiat. Columel.

LACUNA, *creux, mare où l'eau se ramasse, & d'où elle ne coule pas, fondriere, de* lacus. Unde cavæ tepido sudant humore lacunæ. Virg. Et totæ solidam in glaciem vertêre lacunæ. Virg. *Et au figuré:* Lacuna in

Digitized by Google

auro. Cic. *défectuosité qui se trouve dans l'or.* Lacunam rei familiaris explere. Cic.

604. *Fovere, Calefacere.*

FOVERE, *échauffer, couver, caresser, entretenir, ménager.* Aves cum ex ovis pullos excluserunt, pennis eos fovent, ne frigore lædantur. Cic. Laridum atque epulas fovere foculis ardentibus. Plaut. *Au figuré:* Inimicum meum sic in manibus habebant, sic fovebant, sic osculabantur. Cic. Quasi fovebam dolores meos. Cic. Non obvia ferre arma viros, sed castra fovere. Virg. CALEFACERE, *faire chauffer*, calorem facere. Ad calefaciendum igni adhibito. Cic. Igne focum calefacere. Ovid. *Au figuré:* Eodem die Gabinium ad populum luculentè calefecerat. Cic. (*c. à d.*) *avoit déclamé contre Gabinius.*

605. *Fragmentum, Frustum, Segmentum.*

LAUDARE, *témoigner hautement son estime.* PROBARE *signifie seulement, pour l'ordinaire, le sentiment intérieur d'approbation, différent en cela d'*APPROBARE, *qui se dit aussi du témoignage extérieur qu'on en donne.* Ore alicujus laudari. Ovid. Auctores certissimos laudare possum. Cic. Teque & istam rationem otii tui & laudo vehementer & probo. Cic. Quam quidem

Digitized by Google

Omnes non ſolùm probant, ſed etiam laudant. Cic. Unâ voce approbavit populus. Cic. Probare & Approbare alicui, *ſignifie auſſi, faire approuver, faire goûter.* Non vereor, ne hoc judicium meum P. Servilio judici non probem. Cic. Hoc atteſtabatur vel inimico judici ſe approbare poſſe. Plin. COMPROBARE *marque une approbation unanime, donnée par tous ceux dont on parle.* Laudare & vehementiſſimè comprobare aliquid. Cic. Dii immortales numine ſuo reditum meum comprobaverunt. Cic.

777. *Laxamentum, Laxitas.*

LAXAMENTUM, *au propre, eſpace, étendue.* Amplum laxamentum cellæ. Vitruv. *Il ſe dit plus ordinairement au figuré, indulgence, adouciſſement.* Laxamentum & veniam non habent leges. Liv. Non modò cauſæ, ſed ne legi quidem quicquam per Tribunos plebis laxamenti datum eſt. Cic. LAXITAS, *étendue, ne ſe dit qu'au propre.* Laxitas ſemitarum. Colum. Ut facilè omnium domos laxitate ſuperet. Cic.

778. *Lectus, Cubile, Thalamus, Stratum, Torus.*

LECTUS, *lit pour repoſer.* Lectus ad quietem datus. Cic. Tricliniorum lecti. Cic. Lecto teneri. Cic.

CUBILE, *de* cubare, *ſe dit du lit & du lieu où l'on ſe retire pour paſſer la nuit.* Ut collocet in cubili, ut vulnus obliget. Cic. Terra cubile erat Anacharſi. Cic. Deliteſcunt cubilibus beſtiæ. Cic. Cubilia & nidi avium. Cic. *Au figuré:* Cubilia avaritiæ. Cic.

THALAMUS, *mot grec adopté par les Poëtes Latins, à la même ſignification que* cubile, *chambre à coucher, excepté qu'il eſt plus noble, & ne pourroit s'appliquer aux animaux. Il ſe prend auſſi pour le lit nuptial.* Conſors thalami. Ovid.

STRATUM, *tout ce qu'on étend, de* ſternere. Dura ſtrata. Ovid. Reponere membra ſtratis. Virg. Strata viarum. Virg.

TORUS *eſt proprement une corde formée de lanieres tordues: on s'en ſervoit pour tendre les lits; de-là vient qu'il ſe prend pour un lit.* Toro ſic orſus ab alto. Virg.

Digitized by Google

Torus *signifie aussi moulure arrondie, &, par métaphore, s'applique aux muscles saillans.* Luxuriatque toris animosum pectus. Virg. *Parlant des chevaux.* Torus *se dit bien des muscles des hommes.* Cùm deformari ulceribus toros suos cerneret. Cic. *parlant de Milon de Crotone.* O pectora! ô terga! ô lacertorum tori. Cic. *parlant d'Hercule furieux.*

779. *Legare, Allegare.*

LEGARE, *députer, nommer lieutenant.* Legare *se dit ordinairement des affaires publiques.* Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium. Cic. Legantur in Africâ majores natu, nobiles, amplis honoribus usi. Sall. Cæsar Caffium sibi legavit. Cic. ALLEGARE, *charger d'une commission particuliere*, legare ad. Petit à me Rabonius, & amicos allegat, facilè impetrat. Cic. Pater allegavit villicum, qui posceret sibi istam uxorem. Plaut. *Voici un exemple où cette différence est bien marquée:* O Dii immortales, quantâ iste cupiditate, quibus allegationibus illam sibi legationem expugnavit! Cic.

780. *Legatio libera, Legatio votiva.*

LEGATIO LIBERA, *ambassade libre: c'étoit un titre de député, donné sans aucun objet d'utilité publique, une espece de députation particuliere ou privée. On appelloit légation libre, un plein pouvoir que le Sénat donnoit à un Sénateur, pour aller où il jugeoit à propos; car il n'étoit pas permis à un Sénateur de sortir de Rome sans une permission du Sénat. Il étoit accompagné de deux licteurs avec les faisceaux: il étoit régalé magnifiquement par les gouverneurs des provinces, qui lui fournissoient tous ses besoins.* Negotiorum suorum causâ legatus est in Africam legatione liberâ. Cic. Habent liberæ legationes definitum tempus lege Juliâ. Cic. *Ce temps étoit de cinq ans.* LEGATIO VOTIVA *étoit celle qu'un Sénateur faisoit pour accomplir un vœu qu'il avoit fait. Elle étoit aussi libre.* Legatio libera causâ voti. Cic. Scribas ad me velim, simulque cogites quid agendum nobis sit super legatione votivâ. Cic.

Digitized by Google

781. *Legio, Cohors, Manipulus, Turma, Caterva, Phalanx.*

LEGIO, *légion*, *de* legere. *La légion Romaine étoit un corps d'Infanterie composé de dix cohortes. La légion n'étoit que de trois mille hommes ſous Romulus ; dans la ſuite elle s'augmenta conſidérablement : elle étoit ordinairement de quatre juſqu'à ſix mille hommes.* Duas legiones eſſe, eas repleri, ut ſena millia peditum, trecentos haberent equites. Liv. Decem legiones ſcriptæ dicuntur quaternûm millium, & ducentorum peditum, equitumque trecentorum. Liv.

COHORS, *la cohorte répondoit à ce que nous appellons Régiment d'infanterie. La Cohorte a varié avec la légion, étant toujours la dixieme partie de la légion.* Ut ſæpè ingenti bello cùm longa cohortes explicuit legio. Virg.

MANIPULUS *eſt proprement une gerbe*, *de* manus. Multâ ſtipulâ, filicumque maniplis. Virg. *On a appellé* manipulus *une compagnie, parce que ſous Romulus le drapeau étoit une botte de foin au bout d'une pique.* Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos. Ovid. Miles manipularis. Cæſ.

TURMA, *compagnie de Cavalerie.* Turma *n'a jamais été que de trente hommes dans le ſens propre, mais il a été pris quelquefois en général pour une troupe de gens à cheval.* Turma equeſtris. Cic.

CATERVA *eſt un mot Celte, qui exprimoit proprement les diviſions des armées Gauloiſes : c'eſt un nom général.* Fugiunt equitum turmæ peditumque catervæ. Hor. *Il ſe prend pour une troupe, cortege quelconque.* Magnâ comitante catervâ. Virg.

PHALANX, *la phalange, bataillon à la Macédonienne compoſé de ſeize mille hommes : ce nombre a varié.* Phalangem vocant peditum ſtabile agmen : vir viro, armis arma conſerta ſunt : ad nutum monentis intenti, ſequi ſigna, ordines ſervare didicerunt. Q. Curt. *Céſar a donné la phalange aux Gaulois & aux Germains.* Germani ex ſuâ conſuetudine phalange factâ.

Digitized by Google

782. *Lenire, Mitigare, Mulcere, Placare, Sedare.*

LENIRE, *signifie proprement adoucir, ôter ce qui eſt rabotteux, de* lenis : *il ne ſe dit qu'au figuré* : Miſeriam lenire. Ter. Lenire deſiderium. Cic. Tempus lenit odium. Ovid. Lenit albeſcens animos capillus. Hor. Panis latrantem ſtomachum benè leniet. Hor.

MITIGARE, *au propre, mûrir, de* mitis. Fruges maturitate mitigare. Cic. *Au figuré :* Dolores vetuſtate mitigantur. Cic. Labores magnâ compenſati gloriâ mitigantur. Cic. Uſus flectet, dies leniet, ætas mitigabit. Cic. Severitatem acerbam multis condimentis humanitatis mitigare. Cic. Mitigare iras. Ovid.

MULCERE, *careſſer, flatter.* Cervix mulcetur dextrâ. Cic. Colla præbere manibus mulcenda. Ovid. *Au figuré :* Dictis mœrentia pectora mulcet. Virg. Ad aures mulcendas natus canor. Ovid. Mulcere iras. Virg. Æthera mulcebant cantu. Virg.

PLACARE, *appaiſer.* Æquora tumida placat Jupiter. Virg. Iram Dei donis placare. Cic. Sibi aliquem placare. Cic. Placare odia improborum. Cic. Quæ prima iratum ventrem placaverit eſca. Hor. Deos placatos pietas efficiet & ſanctitas. Cic.

SEDARE (quaſi) ſedi dare, *faire tomber, ou ceſſer.* Sedare bellum. Cic. Sedare controverſiam. Cic. Sedare motus animi. Cic. Olli ſedato reſpondit corde Latinus. Virg. Pavorem ſedare. Liv. At aliquandò incenditur, & quidem ſæpè ſedatur. Cic. Tempeſtatem ſedare. Cic.

783. *Lethum, Mors, Nex.*

LETHUM, *mort, de* λήθη, *oubli.* Alii alio letho interîre. Liv. *Il eſt plus uſité chez les poëtes.* Nobile lethum. Hor. Vive memor lethi. Perſ.

MORS *eſt la ſéparation de l'ame d'avec le corps.* Diſceſſum animi à corpore putant eſſe mortem. Cic. Diſſolutione, id eſt, morte, ſenſus omnis extinguitur. Cic. Mors eſt migratio in eas oras, quas, qui è vitâ exceſſerunt, incolunt. Cic.

NEX *eſt une mort violente, un carnage.* Inſidiatori

Digitized by Google

verò & latroni quæ poteſt afferri injuſta nex? Cic. Multorum civium neces tibi uni impunitæ ſunt. Cic.

784. *Libare, Guſtare.*

LIBARE, *effleurer, toucher legerement, de λείβω, verſer goute à goute.* Purpureoſque metunt flores & flumina libant ſumma leves (apes). Virg. Primaque libato ſummo tenùs attigit ore. Hor. Exta præguſto Deûm. . . & matronarum caſta delibo oſcula. Phed. *Au figuré:* Libare aliquid ex omnibus diſciplinis. Cic. *Comme dans les ſacrifices les Prêtres goûtoient l'offrande,* libare *a été employé pour dire ſacrifier.* Ubi libare Diis dapes, ubi benè precari mos eſſet. Liv. In menſâ laticum libavit honorem. Virg. Nunc pateras libate Jovi. Virg. Pateris altaria libant. Virg.

GUSTARE, *goûter.* Aquam guſtare. Cic. Pabula guſtaſſent Trojæ. Virg. *Au figuré:* Non guſtârat illam tuam philoſophiam. Cic. Primoribus labris guſtare aliquod vitæ genus. Cic.

785. *Liber, Volumen, Libellus.*

LIBER *eſt proprement l'écorce intérieure des arbres; pellicule dont on ſe ſervoit au lieu de papier.* Liber, *pris pour un livre, s'entend d'un traité, d'un ouvrage.* Liber de contemnendâ morte. Cic. Librum tibi mittam de gloriâ. Cic. *Ciceron appelle* libros, *ſes Verrines & ſes Catilinaires.* Iiſdem ex libris, *dit-il,* perſpicies & quæ dixerim, & quæ geſſerim. VOLUMEN *ſe dit de tout ce qui ſe roule, de* volvere. Verſat ſinuoſa volumina ſerpens. Virg. *Les anciens rouloient leurs livres pour les porter plus commodément.* Referre epiſtolas in volumina. Cic. Volumen *étoit diſtingué par la groſſeur, &* liber, *par la matiere.* Nunc quoniam ſatis hujus voluminis magnitudo crevit, commodius erit in altero libro de cæteris rebus deinceps exponere. Cic. LIBELLUS, *diminutif de* liber, *ſe dit d'un ouvrage peu conſidérable, comme une lettre, un mémoire, &c.* Phædri libellos legere ſi deſideras. Phed. Malo vel unum parvum de officio libellum, quàm longam orationem. Cic. Atticus libel-

Digitized by Google

lum composuit, eum mihi dedit, ut darem Cæsari: Cæsar autem rescripsit æqua eum postulare. Cic.

786. *Libertas, Licentia.*

LIBERTAS, *liberte*, *de* liber. Quid est libertas? Potestas vivendi ut velis. Cic. Potior metallis libertas. Hor. Donari libertate. Cic. Multâ cum libertate notare aliquem. Hor. Amo verecundiam, vel potiùs libertatem loquendi. Cic.

LICENTIA *se met toujours en mauvaise part*, *liberté trop grande*. Licentiam dare pecunias eripiendi. Cic. Deteriores omnes sumus licentiâ. Ter. Græcia hoc uno malo concidit, libertate immoderatâ & licentiâ concionum. Cic. Athenæ cum florerent æquis legibus, procax libertas civitatem miscuit frænumque solvit pristinum licentia. Phed. In civitate discordi & ob crebras principum mutationes inter libertatem ac licentiam incertâ, parvæ quoque res magnis motibus agebantur. Tacit.

787. *Liberi, Filii.*

LIBERI *comprend les garçons & les filles; & ne se dit que des enfans libres.* Quid dulcius hominum generi à naturâ datum est, quàm sui cuique liberi? Cic. Liberi tres, duo mares, quos diligentissimè instituit. Plin. FILII *ne comprend que les garçons.* Filii familiarum parentes interfecêrunt. Sall.

788. *Libertus, Libertinus,*

LIBERTUS & LIBERTINUS *signifient le même homme qui étoit* libertus *par rapport à celui qui lui avoit donné la liberté*, & libertinus *relativement à l'état de servitude, d'où il avoit été tiré*, *de* liber. *Ciceron a dit parlant du même homme :* Trebonius fecit hæredem libertum suum, *& peu après*, equiti Romano libertinus sit hæres. *Il l'appelle* libertum, *pour désigner qu'il avoit eu un maître*, & libertinus, *pour signifier son état actuel.* Patre libertino natum. Hor. *On sait que le pere d'Horace avoit été affranchi.* Servos nostros libertos suos fecisset. Cic. *Ils différoient des gens nés libres, en ce qu'ils ne*

Digitized by Google

pouvoient entrer dans le Sénat, ni parvenir à aucune grande Magiſtrature. Auſſi, dit Claude dans Tacite, libertinorum filiis Magiſtratus mandari, non, ut plerique falluntur, recens, ſed priori populo factitatum eſt. *On ne diſoit pas*, libertinus alicujus, *pour dire affranchi de quelqu'un; c'étoit* libertus: *mais quand on vouloit marquer la qualité, l'état d'affranchi, on diſoit* homo libertinus. Libertinus erat qui circum compita ſiccus... currebat. Hor.

789. *Libra, Libramen, Statera, Trutina.*

LIBRA, *le poids d'une livre.* Una libra farris. Hor. Libra *ſe prend auſſi pour la balance.* Quo loco quæro quam vim habeat libra illa Critolai, qui cùm in alteram lancem animi bona imponat, in alterâ corporis & externa, &c. Cic. Juſta pari premitur veluti cum pondere libra, prona nec hac plus parte ſedet, nec ſurgit ab illâ. Ovid. LIBRAMEN & Libramentum, *le contrepoids, ce qui met en action, ce qui balance.* Huic ſpiculo ad libramen parmæ tres, ut ſagittis ſolent, circumdabantur. Liv. Libramenta plumbi. Liv.

STATERA, *une Romaine, ſorte de balance, de* ſtare. Quæ non artificis ſtaterâ, ſed quâdam populari trutinâ examinantur. Cic.

TRUTINA *eſt proprement le trou où eſt la languette de la balance, de* τρύπα, *trou.* Trutina *ſe prend pour la balance même.* Penſari eâdem trutinâ. Hor. Atque aliâ parte in trutinâ ſuſpendit Homerum. Juvenal.

790. *Librarius, Scriptor, Scriba.*

LIBRARIUS, *de* liber, *un copiſte: on écrivoit les livres à la main avant l'impreſſion.* Peto à te, ut quàm celerrimè mihi librarius mittatur maximè quidem Græcus qui mihi exſcribat Hypomnemata. Cic. *Il ſe prend pour ſecrétaire.* Legi litteras non tuas, ſed librarii tui. Cic.

SCRIPTOR *eſt celui qui compoſe.* Et ſi in tantâ ſcriptorum turbâ mea fama in obſcuro ſit. Liv. In L. Scipione malim equidem librarii mendum, quàm men-

Digitized by Google

dacium ſcriptoris eſſe in ſummâ auri atque argenti. Liv. *Horace a cependant dit*, ſcriptor librarius, *un copiſte.* SCRIBA, *greffier, ſecrétaire, celui qui tient un regiſtre.* Poſſem de ſingulis ad te rebus ſcribere, ſi ſcriba meus adeſſet. Cic. Eum habuit ad manum ſcribæ loco; quod multò apud Graios honorificentius eſt, quàm apud Romanos. Nam apud nos reverà, ſicut ſunt, mercenarii ſcribæ exiſtimantur; & apud illos è contrario nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco & fide & induſtriâ cognitâ, quòd neceſſe eſt omnium conſiliorum eum eſſe participem. C. Nep. Scriba ſocietatis. Cic. *le Commis des fermiers de l'état, celui qui tient leurs livres.*

791. *Libum, Libatio.*

LIBUM, *gâteaux que les anciens faiſoient avec de la farine, du miel & de l'huile, pour les offrir aux Dieux.* Liba Deo fiunt, ſuccis quia dulcibus idem gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt. Ovid. Calenti libo infuſa mella. Ovid. LIBATIO, *libation, effuſion d'une liqueur en l'honneur d'un Dieu.* Ludi, libationes, epulæque ludorum publicorum. Cic. *Ovide fait venir* libum & libatio *de* Liber, *Bacchus.* Nomine ab auctoris ducunt libamina nomen.

792. *Licere, Liceri, Vænire.*

LICERE, *être mis à prix; &* LICERI, *mettre à prix.* Illo licente contra liceri audet nemo. Cæſ. De Druſi hortis, quanti licuiſſe tu ſcribis, id ego quoque audieram. Cic. Qui contra ſe liceatur emptor non apponit. Cic. VÆNIRE, *être vendu.* Vænit, viliſſima rerum, hic aqua. Hor. Licitatorem potiùs apponam, quàm illud minoris væneat. Cic. Puberes interfecti ſunt, cæteri vænierunt. Q. Curt.

793. *Licet, Libet.*

LIBET, *il me plaît.* Non libet mihi deplorare vitam, quod multi fecerunt. Cic. Cui facilè perſuaſi, mihi id rogaret, ne licere quidem, non modò non libere. Cic. LICET, *il eſt permis.* Peccare nemini licet. Cic. Licebit tibi eſſe bono viro. Cic. Quod libet, id licet his, & quod licet, id ſatis audent. Ovid.

Digitized by Google

794. *Ligare, Vincire, Stringere.*

LIGARE, *de* linum, *lier, faire une ligature.* VINCIRE, *enchaîner, mettre dans les liens.* Crines ligatos vittâ impedire. Tibul. Ligare vulnera. Ovid. *On ne diroit pas si bien*, vincire vulnera. Vincire catenis. Ovid. *Au figuré :* Pacta ligare. Propert. Legibus vincire. Cic. Multo mentem vincire Lyæo. Propert. Ligatur quidpiam, ut sit adstrictius; vincitur ne defluat, excidat, elabatur.

STRINGERE, *serrer en tirant.* Apprehensam manu strinxit. Plin. Cultrum stringere. Liv. *Au figuré :* Nullum vinculum ad strinagendam fidem jurejurando Majores arctius esse voluerunt. Cic. Atque animum patriæ strinxit pietas imago. Virg.

795. *Linquere, Relinquere, Derelinquere, Deserere, Destituere.*

LINQUERE, *quitter.* Dulcia linquimus arva. Virg. Linquens terram eam, quam servaverat. Cic. RELINQUERE, *laisser derriere soi*, linquere retrò. Mihi turpe relinqui est. Hor. Relinquere æs alienum. Cic. *laisser des dettes après sa mort.* Ne relinquas hominem innocentem ad alicujus tui dissimilis quæstum. Cic. DERELINQUERE, *laisser, abandonner.* Communem causam derelinquere. Cic. Agros deserunt, totas arationes derelinquunt. Cic.

DESERERE, *proprement détacher de, rompre l'enchaînement, de* serere, *lier ensemble, former une suite, d'où vient* series, sertum. Deserere *dit moins que* derelinquere. Tùm autem hoc timet, ne deseras se. Ter. Omnes noti me atque amici deserunt. Ter. Deserere suam causam. Cic.

DESTITUERE, *manquer, frustrer, de* de *&* *de* statuere. Non me destituit animus, sed vires. Phed. Laomedon destituit Deos mercede pactâ. Hor. Spem destituere. Liv. Destituere opus incœptum. Ovid. Et freta destituunt nudos in littore pisces. Virg.

796.

Digitized by Google

796. *Liquare, Mollire, Mellescere.*

LIQUARE, *fondre, rendre liquide, de* liquor. Liquatæ solis ardore excidunt guttæ. Cic. Mella liquata expressis favis. Ovid. Vina liques. Hor. MOLLIRE, *amollir, de* mollis. Lanam mollire trahendo. Ovid. Ferrum mollit ignis. Hor. *Au figuré*: Animos mollit, & temperat iras. Virg. Dura verba usu mollienda. Cic. Poetæ molliunt animos nostros. Cic. Annibalem juveniliter exultantem patientiâ suâ molliebat. Cic. Hostia mollibit aversos Penates. Hor. MOLLESCERE, *s'amollir.* Tentatum mollescit ebur. Ovid. *Au figuré*: Artibus ingenuis pectora mollescunt, asperitasque fugit. Ovid.

797. *Liquet, Constat.*

LIQUET, *il est clair, il est évident.* Quod liqueat inter nos. Cic. Cùm id, de quo Panætio non liquet, reliquis Solis luce clarius esse videatur. Cic. CONSTAT, *il est constant: c'est le résultat d'un concours de preuves, ou de suffrages*, stat cum. Perspicuum est constatque inter omnes. Cic. Neque satis constabat animis tam audax iter Consules laudarent, vituperarentne. Liv.

798. *Liquidus, Purus.*

LIQUIDUS *liquide, clair, de* liquor. Liquidi fontes. Virg. Liquidum plumbum. Hor. Quidquid indè haurias, purum liquidumque sit. Cic. *Au figuré*: Odor liquidus. Virg. Liquida voluptas. Cic. Ad liquidum explorata veritas. Liv. Liquida vox. Virg.

PURUS, *pur, net, qui n'est point souillé.* Aqua pura. Hor. *Au figuré*: Pura atque integra mens. Cic. Vir purus, & pudens. Cic. Historia pura & illustris. Cic. Purus *se dit bien aussi pour signifier sans mélange, sans addition d'aucune chose.* Purâ juvenis qui nititur hastâ. Virg. *une hafte sans fer.* Puro ut possent concurrere campo. Virg. *plaine toute nue, sans arbres, sans buisson.* Toga pura, *toge toute simple, sans ornement, opposé à* toga prætexta. Cic. *Et dans Ciceron*: itaque illi excussis deliciis cum argento puro domum reversi sunt. Cic. (id est) Avulsis emblematis.

Digitized by Google

799. *Litare, Sacrificare, Parentare.*

LITARE, *faire un sacrifice parfait, où tous les signes concourent à faire juger qu'il est agréé des Dieux.* Animâque litandum Argolicâ. Virg. Sacrisque litatis. Virg. Pastor litabat exta ovis. Propert. *Il y a cette différence entre* litare *&* sacrificare, *que* sacrificare *signifie demander pardon aux Dieux*, sacrum facere; *&* litare, *se les rendre propices.* Si Hercule istud unquam factum est, tùm me Jupiter faciat, ut semper sacrificem, neque unquam litem. Plaut. PARENTARE, *de* parens. *signifie proprement rendre les derniers devoirs à ses parens; il se dit de ceux qu'on peut regarder comme des peres ou des meres, un chef, la patrie.* Imperatori suo parentare. Cic. Parentemus Cethego. Cic. *C'est une ironie*, tanquam patriæ parenti.

800. *Littus, Ripa.*

LITTUS *se dit proprement du rivage de la mer.* Littus est quà fluctus eludit. Cic. Timebam littus insulæ. Cic. *Cependant les poëtes & Ciceron même ont dit* littus *en parlant d'un fleuve.* In littore fluminis Eurotæ. Cic. RIPA *se dit du bord des rivieres & des fleuves.* Omnium riparum vestitus viridissimi. Cic. Ad quandam magni fluminis ripam. Cic. Ripa *se prend aussi pour le rivage de la mer.* Æquoris nigri fremitum & trementes verbere ripas. Hor. *Basilius Faber met une autre différence: selon cet Auteur,* Littus *se dit des terres baignées par l'eau, &* Ripa *des terres qui sont plus élevées, & que l'eau ne couvre point.* Oras ad Eurum sequentibus nihil memorabile occurrit: vasta omnia, vastis præcisa montibus, ripæ potiùs sunt, quàm littora. Pomp. Mela. Littus *vient de* lino, litum, *oindre, frotter, baigner.* Ripa *vient de* ῥέπω. inclino; *c'est la pente du terrein vers le fleuve, qui est ordinairement couverte de gazon, d'arbustes ou de roseaux.*

801. *Lituus, Cornu, Buccina, Tuba, Classicum.*

LITUUS, *un clairon, un cor, instrument recourbé.* Strepunt litui. Hor. Sonus tubæ permistus lituo. Hor.

Digitized by Google

Lituus *étoit auſſi le bâton des Augures, ainſi appellé à cauſe de ſa reſſemblance avec le clairon.* Leviter inflexum à ſummo bacillum lituus erat. Cic. Ipſe Quirinali lituo, parvâque ſedebat ſuccinctus trabeâ. Virg.

Cornu *étoit une eſpece de trompette, ainſi appellée, parce qu'elle étoit faite de corne : dans la ſuite on les fit d'airain, mais elles conſerverent toujours leur nom.* Rauco ſtrepuerunt cornua cantu. Virg.

Buccina, *inſtrument recourbé, ſemblable à nos cors de chaſſe, mais plus petit, de* bucca. Cava buccina ſumitur illi tortilis in latum, quæ turbine creſcit ab imo. Ovid.

Tuba, *la trompette proprement dite, de* tubus. *La trompette étoit un inſtrument droit, d'airain, ou de bois, ou de corne.* Clangorque tubarum. Virg. Lituus *étoit pour l'infanterie, &* Tuba *pour la cavalerie.*

Classicum, *de* claſſis *ou de* clangor, *ſe prend pour la trompette même, & pour le ſon.* Claſſicum *eſt la trompette recourbée.* Vocatis claſſico ad concionem militibus. Liv. Et ingenti ſpiritu claſſicum exorſus prætendit ad alteram ripam. Cæſ.

802. *Locare, Elocare, Conducere.*

Locare *ſignifie proprement placer, de* locus. Fundamenta locant alii. Virg. *Au figuré* : Beneficium locare apud gratos. Liv. Locare filiam. Ter. Elocare, *changer de lieu, d'è & de* locare. Quàm chara Judæorum gens Diis immortalibus eſſet docuit, quòd eſt victa, quòd elocata, quòd ſervata. Cic. Locare & Elocare *ſont auſſi relatifs à* Conducere, *donner à loyer, faire marché pour un ouvrage.* Locare tempus in aliquid. Cic. Locârat opus faciendum maximâ pecuniâ. Cic. Cùm Conſules ædes ſuas locaviſſent. Cic. Conducere, *aſſembler en un même lieu,* ducere cum. Conducere cohortes diſperſas in una caſtra. Tacit. Conducere *ſignifie auſſi, prendre à loyer, faire prix pour un ouvrage.* Cœlius conduxit domum in Palatio. Cic. Redemptor, qui columnam illam conduxerat faciendam. Cic. Conductâ tellure ſerere. Virg. Poſſeſſor locat,

Digitized by Google

Redemptor (*l'Entrepreneur*) conducit domum ædificandam.

803. *Longè, Procul, Eminùs.*

LONGÈ *marque un éloignement déterminé, soit de lieu, soit de temps.* Longè prospicere futuros casus Reipublicæ. Cic. Longè à mari rus abest. Cic. Longè servet vestigia conjux. Virg. *Ce qui ne doit pas s'entendre d'une grande distance, mais relativement aux circonstances.*

PROCUL *signifie quelquefois au loin, & est quelquefois pour* pro *ou* præ oculis. *Lors même qu'il ne signifie pas au loin, il marque toujours une situation opposée, une position vis-à-vis, sans égard à la distance, grande ou petite.* Non procul, sed hìc sunt. Cic. Me etiam, si fortè vacat, sequere, & procul audi. Hor. Postero die Perseus Regiam ingressus, perturbato vultu in conspectu patris procul astitit. Liv. *Ils convenoient ensemble.*

EMINUS, (quasi) è manu, *de loin, mais toujours à une certaine distance, comme à la portée du trait.* Eminùs hastis utebantur. Cic. *On ne diroit pas* eminùs obviàm progredi, *mais* longè obviàm progredi.

804. *Longus, Longinquus.*

LONGUS, *long, se dit de la durée & de l'étendue.* Ut nox longa quibus somni est pars nulla, diesque longa videtur opus debentibus. Hor. Longæ naves. Liv. Epistola longissima. Cic. Breve tempus ætatis satis longum videtur ad benè beatèque vivendum. Cic. Longâ cum veste Sacerdos. Virg. LONGINQUUS *marque ordinairement une situation éloignée.* Arva longinqua. Virg. *Souvent il se prend dans le sens de* longus. Longinquus morbus. Liv. Longinqua oppugnatio. Cæs.

805. *Loquax, Garrulus, Verbosus.*

LOQUAX, *grand parleur, qui aime à parler, de* loqui. Adolescentibus paulò loquacioribus est serviendum. Cic. Loquax senectus. Cic. Loquax epistola. Cic. *Au figuré*: Loquaces limphæ. Ovid. Ranæ loquaces. Virg.

Digitized by Google

GARRULUS, *qui gazouille, qui ramage, de* garrire. Garrulus *se dit proprement des oiseaux.* Hirundo garrula. Virg. *Il se dit des personnes, babillard.* Percontatorem fugito, nam garrulus idem est. Hor. *Au figuré* : Garrula disciplina. Cic.

VERBOSUS, *diffus, qui dit beaucoup de paroles, de* verbum. Habes epistolam verbosiorem fortasse quàm voles. Cic. Verbosa simulatio prudentiæ. Cic. Leges verbosæ. Ovid.

806. *Lucrum, Quæstus.*

LUCRUM *se dit plus souvent d'un gain auquel on ne s'attendoit pas.* Quem fors dierum cumquè dabit, lucro appone. Hor. Quidquid præter spem eveniet, omne id reputabo in lucro. Ter. Lucratus nomen domitâ ab Africâ. QUÆSTUS *se dit d'un gain qu'on a recherché,* (quasi) quæsitus, *de* quærere. Alii emendi quæstu & lucro ducuntur. Cic. Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium. Cic. Habere Rempublicam quæstui turpe est. Cic. Pecuniam in quæstu relinquere. Cic. *On dira bien :* Honestum esse potest navatæ operæ lucrum; sed omnis ferè quæstus illiberalis est.

807. *Luctari, Eluctari, Obluctari, Reluctari, Obniti, Reniti.*

LUCTARI, *lutter, s'exercer à la lutte.* Alii velocitate ad cursum, alii viribus ad luctandum valent. Cic. ELUCTARI, *se débarrasser avec effort.* Tenentibusque, cùm tot & tam validæ eluctandæ manus essent, sese eripuerunt. Liv. Locorum difficultates eluctatus. Tacit. OBLUCTARI, *lutter contre.* Genibusque adversæ obluctor arenæ. Virg. Obluctari difficultatibus. Q. Curt. RELUCTARI, *résister.* Ore reluctanti it equus. Ovid. Diù precibus reluctatum ægrè vicerunt. Q. Curt. Multa reluctanti aures obstrue. Virg. OBNITI, *avancer en faisant des efforts*, niti ob, *s'appuyer contre.* Obnixus impetum hostium excepit. Liv. Stant obnixi omnia contra. RENITI, *opposer effort à effort.* Cùm illi renitentes pactos se dicerent. Liv.

Digitized by Google

808. *Luctuosus, Lugubris.*

LUCTUOSUS, *triste, déplorable, de* luctus. Dî multa neglecti dederunt Hesperiæ mala luctuosæ. Hor. Victoria cruenta atque luctuosa. Cic. Luctuosum est tradi alteri cum bonis; luctuosius inimico. Cic. LUGUBRIS, *lugubre, qui appartient au deuil, de* luctus. Cantus lugubres. Hor. Lugubris ornatus. Cic. Lugubres sordes. Cic. Carmen & rebus & verbis & modis lugubre. Cic.

809. *Ludere, Ludificare.*

LUDERE, *jouer, de* ludus. Ludere par impar. Hor. Ita est hominum vita, quasi cùm ludas tesseris. Cic. Ludere operam. Ter. *Perdre sa peine.* Pecus omne ludit campo. Hor. Ludere *se prend aussi pour se moquer.* Vanâ spe lusit amantem. Virg. Ludere dolis. Ter. Hic ille est, non te credas ludere Davum. Ter. LUDIFICARI & LUDIFICARE, *duper, tromper*, ludum facere. Irritum fessumque Romanum impunè ludificabatur. Tacit. Apertè aliquem ludificari. Cic. Ea quæ hostes ingenti mole agebant, perlevi momento ludificabatur. Liv. Ludificati incerto prælio. Sall. Pacis morâ Consulem ludificabat. Sall. Ludificari locationem. Liv. *Ne pas tenir le marché qu'on a fait.*

810. *Ludibrium, Ludificatio.*

LUDIBRIUM, *jouet, moquerie, de* ludere. Ille hæc ludibria fortunæ, ne sua quidem putavit, quæ nos appellamus etiam bona. Cic. Ludibrio habere. Ter. LUDIFICATIO, *l'action de duper, de tromper.* Cùm omni morâ, ludificatione, calumniâ, Senatûs auctoritas impediretur. Cic. Ne nihil actum censeret, exactâ propè æstate per ludificationem hostis. Liv. Ignari ludificationis. Liv.

811. *Luridus, Lividus, Pallidus.*

LURIDUS, *extraordinairement pâle.* Pallor luridus. Ovid. Pelle luridâ amicta ossa. Hor. LIVIDUS, *livide, noirâtre par les coups.* Ora livida facta digitis. Ovid. Brachia livida armis. Hor. *Au figuré, Envieux.* Li-

Digitized by Google

vidus & mordax. Hor. Obliviones lividæ. Hor. PALLIDUS, *pâle, blême.* Pallidior cerâ. Ovid. Ora buxo pallidiora. Ovid. Aurora pallida. Virg.

812. *Luſtrum, Olympias.*

Le Luſtre étoit de cinq années révolues. Ut qui prima novo ſignat quinquennia luſtro. Mart. LUSTRUM *vient de* luere, *parce qu'on fermoit le luſtre par un ſacrifice expiatoire.* Omnes Centuriæ & Equites in campum Martium convocati, ſue, ove, tauro cæſis, immolabant, quod luſtrum eſt dictum: ficque à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen luſtri. Liv.

L'Olympiade étoit l'eſpace de quatre ans entiers, qu'il y avoit d'une célébration de jeux Olympiques à une autre célébration. Comme le Luſtre chez les Romains étoit ce que l'Olympiade étoit chez les Grecs, à une année près, on diſoit une Olympiade pour un luſtre, en ajoutant quinquennis. In Scythiâ nobis quinquennis Olympias acta eſt. Ovid.

813. *Luxus, Luxuria.*

LUXUS, *luxe, magnificence exceſſive.* Luxus *ſe dit particuliérement de la nourriture & de la parure.* Domus regali ſplendida luxu. Virg. Regifico luxu paratæ epulæ. Virg. Luxus *ſe prend auſſi pour diſſolution.* Adoleſcens luxu perditus. Ter. Pudendus luxus. Tacit. LUXURIA *&* Luxuries *ſe diſent de la corruption des mœurs.* Intelligimus quàm ſit turpe luxuriâ diffluere. Cic. In urbe luxuries creatur: ex luxuriâ exiſtat avaritia neceſſe eſt. Cic. Luxuries Annibalem Capuæ corrupit. Cic. Luxuria *&* Luxuries *ſe prennent auſſi pour une trop grande abondance.* Luxuriam ſegetum tenerâ depaſcit in herbâ. Virg. In ejus oratione, ut in herbis ruſtici ſolent dicere, ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt. Cic.

M.

814. *Macellum, Forum, Mercatus, Nundinæ, Nundinatio, Emporium, Velabrum.*

MACELLUM, *marché où l'on vend les proviſions de*

Digitized by Google

bouche. Ad macellum ubi advenimus, concurrunt læti mi obviàm cupedinarii omnes, cetarii, lanii, fartores, coqui, piſcatores, aucupes. Ter. Annona in macello cara. Cic.

FORUM, *de* ferre, *marché où l'on vend toutes ſortes de marchandiſes.* Forum boarium. Liv. Forum vinarium. Varr. Vacca, forum rerum venalium totiûs regni maximè celebratum, ubi mercari conſueverant Italici generis multi mortales. Sall. Forum *eſt le lieu où l'on vend*, & MERCATUS, *le marché, la foire.* Frequens mercatus. Liv. Cùm domi tuæ turpiſſimo mercatu omnia eſſent venalia. Cic.

NUNDINÆ, *étoit un marché qui ſe tenoit tous les neuf jours*, de novem dies. Ipſo die nundinarum. Cic. Illi Capuam nundinas ruſticorum, horreum Campani eſſe voluerunt. Cic. NUNDINATIO, *l'action de trafiquer: il ne ſe trouve qu'au figuré.* Hominum nundinatio. Cic. Nundinatio juris & fortunarum. Cic.

EMPORIUM, *d'ἐμπορέω, trafiquer, place de commerce, ſe dit ſur-tout d'un port, d'une ville, fréquentés par les commerçans.* Cùm per emporium Puteolanorum iter facerem. Cic. Theſpienſium emporium. Liv.

VELABRUM *étoit une rue, un quartier de Rome, où les marchands étaloient différentes marchandiſes.* Velabrum olearii. Plaut. Cum velabro omne macellum manè domum veniant. Hor.

815. *Mactare, Immolare.*

MACTARE, *de* magis auctare, *fréquentatif d'*augere, *parce qu'on mettoit du vin & de l'encens ſur la tête de la victime, avant de l'égorger.* Mactant lectas de more bidentes. Virg. *Au figuré*: Mactare aliquem ultioni & gloriæ. Tacit.

IMMOLARE *ne ſignifie point tuer la victime, mais mettre ſur ſa tête de l'orge mêlé de ſel, ce qui s'appelloit* mola. *Comme on mettoit cet orge, l'encens & le vin ſur la tête de la victime avant de l'égorger*, mactare & immolare *ont été pris pour égorger.* Immolare hoſtias. Cic. Agno immolato aram ſpargere. Hor. Immolare *dans les bons Auteurs, n'eſt jamais pris dans le ſens figuré.*

Digitized by Google

Ce ſeroit un barbariſme de dire en latin immolare, *pour dire immoler à ſa vengeance.*

816. *Magnificentia, Pompa.*

MAGNIFICENTIA, *magnificence, de* magnus *&* facere. Magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarum cum animi amplâ quâdam & ſplendidâ propoſitione agitatio atque adminiſtratio. Cic. Magnificentia ædium regiarum. Cic. Magnificentia & ſumptus epulârum. Cic.

POMPA, *de* πομπή, *pompe, toute ſorte de ſpectacle public qui ſe fait avec appareil & ſolemnité: il ſe dit proprement & ſpécialement de ce qui eſt en marche, de ce qui avance, comme un convoi funebre,* &c. Socrates in pompâ cùm magna vis auri argentique ferretur, quàm multa non deſidero, inquit. Cic. Lictorum pompa. Cic. Circus erit pompa celebris numeroque Deorum. Ovid. Spoliatum exequiis & pompâ cadaver Cic.

817. *Magnitudo, Amplitudo, Majeſtas.*

MAGNITUDO *ſe dit de toute ſorte de grandeur, de* magnus. Magnitudo mundi. Cic. Magnitudo æris alieni. Cic. Magnitudo fructuum. Cic. Magnitudo animi. Cic. Magnitudo tuorum erga me meritorum. Cic. Odii magnitudo. Cic.

AMPLITUDO *ſe dit particuliérement de l'étendue.* Amplitudo maris. Cic. Signum Cereris pulcherrimum & peramplum. Cic. *Au figuré*: Amplitudo eſt potentiæ aut majeſtatis aut aliquarum copiarum abundantia. Cic. Illuſtrabit tuam amplitudinem hominum injuria. Cic. In quo ſumma auctoritas eſt atque amplitudo. Cic. Nominis amplitudo. Cic.

MAJESTAS, *majeſté, de* magnus. Majeſtas, *dit Dolet*, vulgò eſt omnis amplitudo & dignitas, vel Principis, vel Imperatorum, vel Populi, vel Senatûs, transferturque nonnunquàm ad alia; nam & in oratione majeſtatem vocamus pro gravi quodam geſtu & oris conſtantiâ, ut apud Ciceronem. Quanta illi fuit gra-

Digitized by Google

vitas! quanta in oratione majestas! Cic. Majestas est amplitudo ac dignitas civitatis. Cic. Majestas judicum. Cic. Sed neque parvum carmen majestas recipit tua. Hor. Majestas loci. Liv. Majestas Divinæ solertiæ. Cic.

818. *Magnus, Ingens, Grandis, Amplus, Procerus.*

MAGNUS *est le mot général, qui exprime toute sorte de grandeur.* INGENS *dit plus, & exprime une grandeur extraordinaire; il répond au mot grec,* ὑπερφυής. GRANDIS *vient de* gradior, *avancer ou monter. Tous les trois s'emploient également au propre & au figuré.* Magnus acervus. Cic. Magnum agmen. Virg. Magnum Ingenium. Cic. Magnus amicus. Cic. *Un ami puissant.* Arbor ingens. Virg. Corpus ingens. Virg. Magnas verò agere gratias mihi? ingentes. Ter. Ingentes *enchérit sur* magnas. Ingens *regarde aussi les qualités de l'ame. C'est dans ce sens qu'Horace a dit,* ingentem Anthiochum: *& Ovide,* ingenti nupta marito, *parlant d'Auguste qui étoit petit, comme le dit Suetone,* staturâ brevi. Alumnus grandis. Hor. Grandis adolescens. Cic. Patella grandis. Cic. Grande ferunt domino cum damno dedecus. Hor. Grandem pecuniam alicui credere. Cic. Grandis epistola. Cic. Grandis causidicus. Cic. Grandia verba. Cic.

AMPLUS *se dit de l'étendue.* Civitas ampla. Cæs. Theatrum magnitudine ampliſſimum. Cic. Illos porticibus Rex accipiebat in amplis. Virg. *Au figuré:* Ampla familia. Cic. Ampliſſima fortuna. Cic. Amplis honoribus aucti. Hor.

PROCERUS, *fort haut, fort long.* Alni proceræ. Virg. Proceriſſima populus. Cic.

Carolus cognomine Magnus fuit reipsâ vir ingens animo & viribus. *On ne mettroit pas bien* grandis, *au lieu d'*ingens *dans cet exemple. Il y en a d'autres au contraire, où* magnus *&* ingens *ne seroient pas aussi bien placés que* grandis. *Virgile a dit,* & grandia trudunt obnixæ frumenta humeris, *parlant des fourmis: & ailleurs,* lacrymis humectat grandibus ora. Ingentia, ingentibus, *seroient trop forts & peu convenables;* magna *&* magnis *ne peindroient point.*

Digitized by Google

819. *Maledictio, Maledictum, Convicium, Injuria, Contumelia.*

MALEDICTIO, *action de mal parler, de médire de quelqu'un. Ciceron emploie ce mot pour exprimer l'usage où étoient les Orateurs de faire à leurs adversaires des reproches étrangers à la cause: il ne signifie pas exactement la même chose que médisance en françois.* Maledictio nihil habet propositi præter contumeliam; quæ, si petulantiùs jactetur, convicium, si facetiùs, urbanitas nominatur. Cic. MALEDICTUM *est l'injure même.* Aliquem maledictis insectari. Cic.

CONVICIUM *signifie proprement bruit de gens qui parlent ensemble, de* cum *&* de VOX. Erant autem convivia non illo silentio Prætorum atque Imperatorum.... sed cum maximo clamore atque convicio. Cic. Convicio permotus quærit Jupiter. Phed. *parlant des plaintes des grenouilles.* Convicium *se prend plus généralement.* Conviciis os alicujus verberare. Cic. Convicium alicui facere. Ter.

Ciceron nous apprend ce que l'on doit entendre par le mot INJURIA. Injuria est quæ aut pulsatione corpus, aut convicio aures aut aliquâ turpitudine vitam cujuspiam violat. Facere injurias omnibus. Cic. Injuria *ne signifie pas proprement, injure, mais tort, injustice, de* non jus.

CONTUMELIÆ *sont proprement des reproches & des censures accompagnées de mépris, de* contemnere. *Les Latins n'avoient point de mot plus fort: de-là ces expressions:* Servire est contumelias pati. Cic. Verborum contumeliis aliquem lacerare. Cic.

820. *Manare, Labi, Fluere.*

MANARE *annonce un écoulement plus lent, moins abondant, une matiere un peu moins fluide;* LABI, *un écoulement plus facile;* FLUERE, *un écoulement plus prompt, plus abondant.* Sudor ad imos manabat talos. Hor. Aër per maria manat. Cic. *Au figuré:* Manat rumor. Cic. Manabat illud malum. Cic. *On ne diroit pas* fluebat, fluit. In proclive labi. Cic. *Au figuré:*

Digitized by Google

Labuntur anni. Hor. Fluvius Eurotas fluit propter Lacædemonem. Cic. *Au figuré :* Arma fluunt de manibus. Cic. *On ne diroit pas* manant, *parce que* manare, *entre autres choſes, ſuppoſe continuité d'écoulement. On ne diroit point* manare luxuriâ, *pour* fluere ; 1°. *parce que* manare *ſe prend toujours dans un ſens abſolu, & ne ſe dit que de la matiere qui s'écoule :* 2°. *parce que* manare *exprime un écoulement trop lent pour bien convenir à* luxuria, *qui donne plutôt l'idée d'un torrent ; au lieu qu'on dit bien,* fluere mollitiâ & luxu.

821. *Mandare, Jubere, Imperare, Præcipere.*

MANDARE, *donner des ordres, une commiſſion,* (quaſi) manu dare. JUBERE, *marquer ſa volonté, ſon deſir.* IMPERARE, *commander pour être obéi.* PRÆCIPERE, *prendre d'avance,* capere præ. *Il ſe prend pour enſeigner d'avance comment on doit faire, preſcrire des regles.*

Tibi nihil mando nominatim, ſed totum tuo amori fideique committo. Cic. Huic mandes, ſi quid rectè curatum velis. Ter. *Au figuré :* Mandare memoriæ, animis, immortalitati. Cic. Tuæ litteræ rectè ſperare jubent. Cic. Jubere dicere. Cic. *Dans* jubere legem, tributa, *on ſouſentend* eſſe. Jubere *n'eſt pas ſeulement un terme d'autorité, il ſe dit pour conſeiller, exhorter, & même ſouhaiter.* Salvum eſſe te jubeo. Ter. Qui benè imperat, paruerit aliquandò neceſſe eſt : & qui modeſtè paret, videtur qui aliquandò imperet dignus eſſe. Cic. Imperare *dit plus que* jubere. Jubeo, cogo atque impero. Ter. Et ſpe jam præcipit hoſtem. Virg. Præcipe lugubres cantus, Melpomene. Hor. Facilè de aliquâ re præcipere. Cic. Micipſa pater moriens mihi præcepit. Sall. Illud potiùs præcipiendum fuit, ut diligentiam adhiberemus. Cic.

822. *Manè, Diluculò.*

MANÈ, *matin, le matin, de l'inuſité* manus, *bon, clair.* Manè *comprend toute la matinée.* Benè manè hæc ſcripſi. Cic. Manè totum ſtertis. Hor. Hodiè manè. Cic. DILUCULÒ *ne ſe dit, que du commencement du*

Digitized by Google

jour, *de* dilucere, *commencer à luire*, *à percer les ténébres.* Cùm ante lucem surrexissem, veniſſemque diluculò ad pontem Tiretium.

823. *Manere*, *Remanere*, *Commorari*, *Habitare.*

MANERE, *paſſer la nuit dans un endroit. Les Latins appelloient* manſiones *ce que nous appellons couchée.* In Mamurrharum urbe manemus. *Horace n'y fit aucun ſéjour.* Multis in locis ne tectum quidem accipio, & in tabernaculo maneo plerùmque. Cic. Manere *ſignifie auſſi en général, demeurer.* Manere in officio. Cic. Manere in amicitiâ fideque Populi Romani. Cic. Hoc in causâ maneat. Cic. *Que ce point demeure ſtable.* REMANERE, *reſter derriere, après*, manere retrò. Animi remanent poſt mortem. Cic. Ii qui per valetudinis cauſam remanſerant. Cæſ.

COMMORARI, *ſéjourner, paſſer quelque temps dans un endroit, de* mora. HABITARE, *faire conſtamment ſa demeure dans un lieu.* Ita diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo; commorandi enim natura diverſorium nobis, non habitandi dedit. Cic. *Au figuré:* Mea ratio in dicendo hæc eſſe ſolet, ut boni quod habet id amplectar, exornem, exaggerem, ibi commorer, ibi habitem, ibi hæream. Cic.

824. *Manubiæ*, *Præda*, *Exuviæ*, *Spolia*, *Spoliatio.*

MANUBIÆ, *prix, argent qui revient des dépouilles des ennemis*, *de* manus. Manubiæ ſunt non præda, ſed pecunia per Quæſtorem Populi Romani ex prædâ venditâ contracta. Gell. Quæ ex prædâ aut manubiis eſt abſte donatio conſtituta. Cic. PRÆDA *eſt le butin même en nature, ſoit effets, hommes ou beſtiaux.* Spe prædæ adduci. Cic. SPOLIUM, *dépouilles enlevées à l'ennemi; il s'entend proprement de l'armure.* Spoliorum causâ hominem occidere. Cic. Aut ſpoliis laudabor opimis. Virg. *Les dépouilles opimes étoient celles qu'un Général Romain avoit enlevées au Général ennemi, qu'il avoit tué dans le combat.* Spolia in Æde Jovis Feretrii propè Romuli ſpolia, quæ prima opima appellata ſola eâ tempeſtate erant, cum ſolemni dedicatione dono fixit. Liv. Spolia

Digitized by Google

renferme l'idée acceſſoire de force ou de violence, de pillage. Aliorum ſpoliis ſuas opes augere. Cic. EXUVIÆ *ne la renferme pas:* Exuviæ *ne ſe dit que de ce qui couvre, comme les habits, & la peau pour les animaux,* d'exuere. Qui redit exuvias indutus Achillis. Virg. Cùm hunc locum Majores noſtri exuviis nauticis & claſſium ſpoliis ornatum reliquiſſent. Cic. Exuviæ leonis. Virg. SPOLIATIO, *l'action de dépouiller.* Omnium rerum ſpoliatio. Cic. Antiquiſſimi templi ſpoliatio. Cic. *Au figuré:* Dignitatis ſpoliatio. Cic.

825. *Mare, Æquor, Pontus, Pelagus, Fretum, Salum.*

MARE, *la mer, cette vaſte étendue d'eau qui couvre une partie de la terre.* Terrâ marique aliquem conquirere. Cic. Mare tranſire. Cic.

ÆQUOR, *une plaine, une ſurface unie,* d'æquare. Quid tam planum videtur, quàm mare, ex quo etiam æquor illud poetæ vocant. Cic. Æquore campi. Virg. Maris æquora. Hor.

PONTUS, *Dieu de la mer en général, & bien plus ancien que Neptune.* Pontus *étoit fils de la terre: il n'eſt pas dit ſi la terre l'avoit conçu d'Ourane, (c. à d.) du Ciel ſon époux, ou ſi elle l'avoit conçu ſeule. Pontus s'unit à la terre ſa mere, & devint pere de Nérée. On a dit* Pontus *pour la mer.* Gurges ponti. Cic. Hyems aſpera ponti. Virg.

PELAGUS *eſt une mer profonde.* Ut pelagus tenuêre rates. Virg. Fervet æſtu pelagus. Cic.

FRETUM *eſt proprement un détroit, une mer en mouvement,* de ferre, quia fert naves ad proximum littus. Crebris freta conſita terris. Virg. Æſtuoſa freta. Hor. Disjungi freto ab Italiâ. Cic.

SALUM, *de* ſal, *ou de* σαλεύω, *agiter, eſt une mer agitée.* Nec tam ærumnoſo navigaſſem ſalo. Cic. Spumante ſalo fit ſonitus. Virg.

826. *Margo, Ora.*

MARGO, *bord.* Plenâ jam margine libri. Juven. In margine ripæ. Ovid. Gramineus margo pontis. Ovid. ORA, *contrée, côte: il ſignifie auſſi bord, mais il*

Digitized by Google

marque plus d'étendue que margo. Quot ſunt oræ parteſque terrarum. Cic. Urbes quæ in orâ Aſiæ ſitæ ſunt. C. Nep. Infinitas regiones, quarum nulla eſſet ora, nulla extremitas, peragravit. Cic. *On dit* ora togæ, *& on ne diroit pas* margo togæ. *Au figure:* Et mecum ingentes oras evolvite belli. Virg. (*c. à d.*) *les commencemens & la fin de la guerre.* Ora *ſe prend pour des cordages de vaiſſeau.* Vix-dum omnes conſcenderant, cùm alii reſolutis oris in anchoras evehuntur; alii ne quid teneat, anchoralia incidunt. Liv.

827. *Maturus, Tempeſtivus.*

MATURUS, *mûr, ſe dit proprement des fruits.* Uvæ maturæ. Virg. Matura poma. Cic. Albeſcit meſſis maturis ariſtis. Ovid. *Au figuré:* Militiæ maturus. Liv. Facultas maturior dicendi. Cic. Reditus maturus. Hor. Libertas matura. Liv. Homo maturus & mitis. Cic. TEMPESTIVUS, *qui eſt, qui ſe fait, qui arrive à temps, de* tempus. Hora tempeſtiva narratibus. Ovid. Ludum tempeſtivum pueris concedere. Hor. Capere fructus tempeſtivos. Cic. Mare tempeſtivum ad navigandum. Cic. Tempeſtivum convivium. Cic. *Souper commencé avant la nuit, ou de bonne heure.*

828. *Meare, Tranſire, Trajicere, Reciprocare.*

MEARE, *paſſer, repaſſer.* Liberiùs meare ſpiritus cœperat. Q. Curt. Quàcumque meantes officimus. Lucr. TRANSIRE, *aller au-delà*, ire trans. Tranſire montem. Cic. Tranſire flumen. Cic. Curſu tranſire equum. Virg. Ad adverſarios tranſire. Cic. *Au figuré*: Silentio aliquid tranſire. Cic. TRAJICERE, *faire paſſer d'un côté à un autre*, jacere trans. Trajicere agmen vado. Liv. Trajicere exercitum ex Italiâ. Cic. Murum jaculo trajicere. Cic. *Au figuré*: Trajicere negotium ad novos Magiſtratus. Liv. RECIPROCARE, *faire retourner une choſe au lieu d'où elle étoit ſortie, faire rebrouſſer.* Reciprocare animam. Liv. *Reſpirer.* Fretum ſtatis temporibus reciprocat. Liv. *Au figuré*: Iſta ſic reciprocantur, ut, ſi divinatio ſit, Dii ſint, & ſi Dii ſint, ſit divinatio. Cic.

Digitized by Google

829. *Mederi, Medicare, Sanare.*

MEDERI, *guérir, soulager, remédier à; au lieu que* MEDICARE *est ordinairement, appliquer le remede, soigner le malade, de* μῆδος *soin.* Cùm morbo alicui mederi vis, consuetudo valentis & natura corporis cognoscenda est. Cic. Medicando dolorem abstulit. Tibul. *Au figuré:* Inopiæ mederi. Cic. Reipublicæ mederi. Cic. Medicare *signifie aussi, mêler, mixtionner de quelque drogue.* Semina vidi equidem multos medicare serentes. Virg. Medicare capillos. Ovid. Lana medicata fuco. Hor. SANARE, *guérir, regarde particuliérement le Chirurgien.* Citiùs repentinus tumor oculorum sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur. Cic. *Au figuré:* Sanare vulnera Reipublicæ. Cic. Avaritiæ vulnera sanare. Cic. Mederi *se dit des maladies & des plaies.* Medici qui morbis, qui vulneribus, qui oculis mederentur. Cic.

830. *Medicina, Medicamen, Medicamentum, Remedium.*

MEDICINA *se prend pour l'art même & pour le remede, de* μῆδος, *soin.* An medicina ars non putanda est? Cic. Fortis ægroti est accipere medicinam. Cic. *Au figuré:* Petere medicinam à litteris. Cic. Medicinam adhibere Reipublicæ. Cic. MEDICAMEN, *médicament, mixtion.* Noxium medicamen. Tacit. Vis medicaminis. Tacit. *La force du poison.* Extemplò tristi medicamine tactæ defluxêre comæ. Ovid. Vinolenta medicamina. Cic. *On ne mettroit pas bien* medicamentum *dans ces exemples.* MEDICAMENTUM, *remede, médicament.* Medicamentorum salutarium pleniſſimæ terræ. Cic. Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Cic. *Au figuré:* Medicamenta doloris. Cic. REMEDIUM *est à peu près le même: il y a cependant cette différence, que* medicamentum *ne se dit que de ce qui guérit les maladies du corps & de l'ame, au lieu que* remedium *se dit de tout ce qui a rapport à quelque soulagement.* Comparare remedium adversùs frigorum magnitudinem. Cic. *On ne diroit pas* medicamentum. In adversis fortunis sine ullo remedio atque alleva-

Digitized by Google

mento permanere. Cic. *On ne diroit pas* ſine medicamento. *On peut dire encore que* medicamentum *eſt le remede qu'on emploie, &* remedium, *le remede qui ſoulage.*

831. *Mediocris, Modicus.*

MEDIOCRIS, *qui tient le milieu entre le grand & le petit, de* medius. Actor mediocris cauſarum. Hor. Ingenium mediocre. Cic. Omne malum, etiam mediocre, magnum eſt. Cic. MODICUS, *modique, modéré, de* modus. Cantharis modicis potare. Hor. Claſſis modica. Liv. Pecuniâ modica. Cic. Exercitationibus modicis utendum. Cic. *On ne diroit pas* mediocribus. Modica patella. Hor. *eſt un petit plat; au lieu que* ſtatura mediocris. Plaut. *eſt une taille ni trop grande, ni trop petite.*

832. *Medius, Dimidius, Dimidiatus.*

MEDIUS, *qui eſt au milieu, également éloigné des deux extrémités.* In medios dormire dies. Hor. Virtus eſt medium vitiorum, & utrinque reductum. Hor. In medio mundi terra ſita eſt. Cic. *Au figuré:* Medium erat ingenium in Anco, & Numæ & Romuli memor. Liv. *Ancus étoit d'une humeur qui n'étoit ni ſi guerriere que celle de Romulus, ni ſi douce que celle de Numa: il n'étoit ni ſi guerrier que l'un, ni ſi pacifique que l'autre.* Qui duorum fratrum ætatibus medius interjectus, vitiis cum utroque certabat. Cic. Medius amicus. Cic. *Un ami commun.* Idem pacis eras mediuſque belli. Hor. *Propre pour la guerre & la paix.* Medios eſſe jam non licebit. Cic. *Nous ne pourrons reſter neutres.* DIMIDIUS, *demi, la moitié, de* dis *&* medius. Dimidius modius. Liv. Dimidiâ ex parte hæres. Cic. DIMIDIATUS, *partagé en deux.* Menſis dimidiatus. Cic. Dimidiati verſiculi. Cic.

833. *Membrum, Artus.*

MEMBRUM, *membre, les parties du corps, de* μείρω, divido. Jam membrorum, id eſt, partium corporis, alia videntur propter uſum à naturâ eſſe donata, ut manus, crura, pedes..... alia autem quaſi ad quemdam ornatum, ut cauda pavoni. Cic. *Ciceron a dit* membra-

Digitized by Google

